(11) *Πάντες οὖν.* Origenes *contra Celsum*, lib. 1, p. 11, postquam de Ægyptiis verba fecerat, hæc præterea adjicit: "Α δ' εἶπον περὶ Αἰγυπτίων σοφῶν τε καὶ ιδιωτῶν, δυνατὸν ἰδεῖν καὶ περὶ Περσῶν· παρ' οἷς εἰσι τελεταί, πρεσβευόμενα μὲν λογικῶς ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς λογίων, συμβολικῶς δὲ γινόμενα ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς πολλῶν καὶ ἐπιπολαιωτέρων. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ Σύρων, καὶ περὶ Ἰνδῶν καὶ τῶν ὅσοι μύθους καὶ γράμματα ἔχουσι. Quod autem de Ægyptiorum sapientibus et vulgo dixi, idem liceret etiam de Persis dicere, apud quos sunt mystica sacra, quæ certis rationibus curantur a viris eruditione præcellentibus, a vulgo autem quoad externa tantum signa tractantur, nihil sollicito de penitiora cognitione eorum, quæ per illa significantur. Idem sentiendum de Syris atque Indis, et quotquot alii simul cum fabulis scripturas habent.

(12) *Λοξίας.* Λοξίας cur sit dictus Apollo, meminit etiam Plutarchus p. 559: Διὰ τὸ φεύγειν τὴν ἀδολεσχίαν μάλλον ἢ τὴν ἀσάφειαν. H. SYLBERG. — Aristophanes in principio Pluti:

... τῷ δὲ Λοξία,

Ὅς θεσπιφδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου.  
Apollini autem, qui ex tripode suo aureo  
Ambigua solet responsa dare quærentibus.

A solem vero, scarabæi; quoniam cum rotandam ex  
bubulo ✠ stercore effinxit figuram, eam vultu adverso  
convolvit. Aiunt autem hoc quoque animal, sex  
quidem mensibus sub terra, alteram vero partem  
anni vitam degere super terram, et semen in glo-  
bum emittere, et gignere, et non nasci feminam  
scarabæum. Omnes ergo, ut semel dicam, qui de re-  
bus divinis tractarunt, tam barbari quam Græci,  
rerum quidem principia occultaverunt; veritatem  
autem ænigmatibus, signisque ac symbolis, et alle-  
goriis rursus et metaphoris, et quibusdam talibus  
tropis modisque tradiderunt: cujusmodi sunt etiam  
apud Græcos oracula: et Apollo quidem Pythius  
dicitur Λοξίας, id est *obliquus*. Quin etiam apo-  
phtegmata eorum, qui apud Græcos vocantur sa-  
pientes, paucis dictionibus rei majoris significatio-  
nem innunt: cujusmodi **238** certe est illud, *Parce  
tempori*; aut quoniam vita est brevis, et non est hoc  
tempus temere consumendum, aut contra, parcendum  
privatis sumptibus, ut, etsi, inquit, multos annos  
vixeris, non desint tibi necessaria. Similiter etiam  
illud, *Nosce teipsum*, multa indicat: et quod sis mor-  
talis et quod homo natus es, et quod, si fiat collatio  
aliorum, quæ suat in vita præstantissima, nulla sit tui  
habenda ratio, quod te gloria insignem, vel divitem  
esse jactes; vel contra, quod cum sis dives et glo-  
ria insignis, non de solis commedis, quibus alios  
superas, te jactare oporteat; et ad quid natus sis,  
inquit, cognosce, et cujus sis imago, et quænam  
sit tua essentia, et quod opificium, et quænam cum  
Deo conjunctio et affinitas, et quæ suat his similia.  
Dicit autem per Isaiam quoque prophetam Spiritus:

Ubi vetus interpres hæc adnotat: Τῷ δὲ Λοξία, τῷ Ἀπόλλωνι, ἦτοι τῷ λοξὴν ἴαν πέμποντι· λοξὰ γὰρ μαντεύεται ὁ θεός· ἢ τῷ λοξὴν πορείαν ποιουμένῳ· ὁ αὐτὸς γὰρ ἐστὶ τῷ ἡλίῳ. *Etymologicæ* auctor: Λοξίας ὁ Ἀπόλλων, ὡς μὲν οἱ Πυθαγορικοί, ἀπὸ τοῦ λοξὴν τὴν ἴαν πέμπειν, τουτέστι τὴν φωνήν· ἢ παρὰ τὸ λοξῶς ἰέναι τὸν ἡλίον διὰ τοῦ ζωδιακοῦ· καὶ Λοξίας ὁ λοξὴν κίνησιν κινούμενος· ὁ αὐτὸς γὰρ τῷ ἡλίῳ. Conf. noster in Lycophronis *Cassandra* v. 14 *Commentarius*.

(13) *Χρόνου φείδου.* Idem censet, quod G. Her-  
vetus in hunc locum, Gilbertus Cognatus. Centuria  
3, Adag. 208. Ciceronis scilicet locum ex iii *De fini-  
bus bonor.* ita legendum, *Tempori parcere*. Verum-  
tamen et Erasmus, Cent. 4, Chil. 4 in proverb. *Ser-  
vire scenæ*, affert ex Phocylide celebre illud, *Καιρῷ  
λατρεύειν*, *Tempori servire*; et Lambinus apud Ci-  
ceronem legit, *Parere tempori*, et, *Sequi Deum*,  
*Καιρῷ πειθαρχεῖν*, *θεῷ ὑπέκειν*. Græcos, omnes-  
que libros veteres ait habere, *parere*, non *parcere*.  
P. Victorius putat legendum *parcere*. Theophrastum  
memoriæ proditum est dicere solitum, πολυτελὲς  
ἀνάλωμα esse tempus, Stobæo teste. COLLECT. —  
Præceptum hoc Stoicis admodum familiare fuit.  
Dixit enim Zeno, eorum magister: *Μηδενὸς ἡμᾶς  
οὕτως εἶναι ἐνδεεῖς ὡς χρόνου*. Nulla re nos tan-  
topere indigere ac tempore; ut refert in Zenone Laer-  
tius lib. vii, segm. 25, et Stobæus serm. 96.

(14) *Γνώθι σαντὸν.* Conf. *Strom.* 1, p. 551, not.

(15) *Πλοῦτος ἀνεκλείπης.* Luc. xii, 55: *Θησαυ-  
ροὺς ἀνέκλειπτος ἐν τοῖς οὐρανοῖς.*



*Dabo tibi thesauros tenebrosos, occultos* <sup>40</sup>; Dei autem thesauri, et quæ non deficiunt divitiæ, est quæ est venatu difficilis, sapientia. Quin etiam poetæ, qui a prophetis didicere theologiam, per arcana sensa multa philosophantur; Orpheus, inquam, Linus, Musæus, Homerus et Hesiodus, et qui ea sunt ratione sapientes. Velum autem eis apud vulgus est poetica delectatio. Somniaque et symbola sunt omnia hominibus obscuriora, non propter invidiam (nefas enim est Deum intelligere patibilem), sed ut ænigmatum notionem subiens inquisitio, ad inveniendam recurrat veritatem. Ea ratione dicit utique Sophocles, poeta tragicus:

*Deum ipse credam semper esse ejusmodi,  
Oracula ut sapientibus det abdita,  
Malum scelestis, multa qui paucis docet.*

Malum ponens pro simplici. Aperte itaque de tota nostra Scriptura in Psalmis scriptum est, quod dicta sit in parabola: *Audite, populus meus, legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio* <sup>41</sup>. Præclarus quoque Apostolus sic dicit quodammodo similia: *Loquimur autem sapientiam inter perfectos; sapientiam autem non hujus sæculi, neque principum hujus mundi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam; quam præfinit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nullus ex principibus hujus sæculi cognovit. Si enim cognovissent, Dominum gloriæ non crucifixissent* <sup>42</sup>. Philosophi autem cum non laborarunt ut adventum Domini afficerent ignominia; sequitur ut invehatur Apostolus in vanam persuasionem eorum qui erant sapientes apud Judæos. Et ideo subjungit: *Sed prædicamus, inquit, ut scriptum est, quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt, quæ præparavit Deus iis qui ipsum diligunt. Nobis enim revelavit Deus per spiritum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei* <sup>43</sup>. Spiritalem enim et Gnosticum novit esse sancti Spiritus discipulum, cui Deus suppeditat, quid sit Christi sensus: *Animalis autem homo non suscipit ea quæ sunt spiritus; sunt enim ei stulti-*

✠ P. 659 ED. POTTER, 557 ED. PARIS. <sup>40</sup> Isa. XLV, 3. <sup>41</sup> Psal. LXXVII, 1, 2. <sup>42</sup> 1 Cor. II, 6, 7, 8. <sup>43</sup> Ibid. 9, 10.

(16) Ὑπονοίας. Ὑπόνοια est locutio, qua aliud dicitur quam audiens exspectabat. Plato, alique veteres Græci pro allegoria ὑπόνοιαν dicebant. Plutarchus lib. *De audiendis poetis*, pag. 19: Παρὰ δὲ Ὁμήρω σιωπώμενόν ἐστι τὸ τοιοῦτον γένος τῆς διδασκαλίας· ἔχει δὲ ἀναθεώρησιν ὠφέλιμον ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων μάλιστα μύθων· οὓς ταῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀλληγορίαις δὲ νῦν λεγομέναις, προσβιάζόμενοι καὶ διαστρέφοντες ἔνιοι, μοιχευομένην φασὶν Ἀφροδίτην ὑπὸ Ἄρεος μηνύειν τὸν ἥλιον· ὅτι τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀστέρι συνελθὼν ὁ τοῦ Ἄρεος, μοιχικὰς ἀποτελεῖ γενέσεις, ἡλίου δὲ ἐπαναφερομένου καὶ καταλαμβάνοντος, οὐ λανθάνουσιν. Apud Homerum tacitum id doctrinæ genus exstat, considerationem habens utilem iis in fabulis etiam, quæ maxime vituperantur. (Quas allegoriis (ita enim nunc vocant, cum aliud dicitur, aliud intelligitur: antiqui ὑπόνοιας ab occulto, qui subesset, sensu nominabant) nonnulli alio detorquentes ac pervertentes, indicium de Venere a Marte adulterata Solem detulisse aiunt hoc sensu,

Α διδαγμένοι ποιηταὶ δι' ὑπονοίας (16) πολλὰ φιλοσοφοῦσι· τὸν Ὀρφέα λέγω, τὸν Λῆνον, τὸν Μουσαῖον, τὸν Ὀμηρον καὶ Ἡσιόδον, καὶ τοὺς ταύτη σοφοὺς. Παραπέτασμα δὲ αὐτοῖς πρὸς τοὺς πολλοὺς ἡ ποιητικὴ ψυχαγωγία (17). Ὀνειροὶ τε καὶ σύμβολα ἀφανέστερα πάντα τοῖς ἀνθρώποις, οὐ φθάνω, (οὐ γὰρ θέμις ἐμπαθῆ νοεῖν τὸν Θεόν·) ἀλλ' ὅπως, εἰς τὴν τῶν αἰνιγμάτων ἔννοιαν ἡ ζήτησις παρεισδύουσα, ἐπὶ τὴν εὐρεσιν τῆς ἀληθείας ἀναδράμη. Ταύτη τοι Σοφοκλῆς, ὁ τῆς τραγωδίας ποιητῆς, φησὶ ποῦ·

*Καὶ τὸν Θεὸν τοιοῦτον ἐξεπίσταμαι,  
Σοφοῖς (18) μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεὶ,  
Σκαιοῖς δὲ φαῦλον, κὰν βραχεὶ διδάσκαλον·*

τὸ φαῦλον ἐπὶ τοῦ ἀπλοῦ τάσσων. Ἄντικρυς γοῦν περὶ πάσης Γραφῆς τῆς καθ' ἡμᾶς ἐν τοῖς Ψαλμοῖς γέγραπται, ὡς ἐν παραβολῇ εἰρημένης· Ἀκούσατε (19), λαός μου, τὸν νόμον μου· κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέγγομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς. Καὶ ὁ γενναῖος Ἀπόστολος τὰ ὅμοια ὧδέ πως λέγει· *Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, τῶν καταργουμένων· ἀλλὰ λαλοῦμεν Θεοῦ σοφίαν* (20) *ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην· ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.* Οἱ φιλόσοφοι δὲ οὐκ ἐνηργήθησαν ἐνυβρίσαι τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου· ἀπόκειται τοίνυν τὴν οἴησιν τῶν ἐν Ἰουδαίαις σοφῶν ἐπιβραπίζειν τὸν Ἀπόστολον. Διὸ καὶ ἐπιφέρει· Ἄλλὰ κηρύσσομεν (21) καθὼς γέγραπται, φησὶν, ἃ ὀφθαλμοὶ οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ἃ ἠτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ἡμῶν γὰρ ἀπεκάλυψε (22) ὁ Θεὸς διὰ τοῦ πνεύματος· τὸ γὰρ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Πνευματικὸν γὰρ καὶ γνωστικὸν οἶδε τὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος μαθητὴν, τὸν ἐκ Θεοῦ χο-

quod Veneris sideri Martis sidus congressum, adulterio obnoxias natiuitates reddat: Sole autem rursus elato ac deprehendente, non lateant. Alia subjungit τῶν ὑπονοιῶν exempla; ejusmodi etiam plura legi poterunt in Heraclidæ, seu potius Heracliti, Pontici libro *De allegoriis Homericis*.

(17) Ψυχαγωγία. Periodi notam loco commatis post hanc vocem posuimus, sensu exigente.

(18) Σοφοῖς. Duos posteriores Sophoclis versus recitans Plutarchus lib. *De Pythiæ oraculis*, pag. 406, in eorum priori alibi pro ἀεὶ, in posteriori βραχὺ pro βραχεὶ scribit, utroque loco ex Clemente corrigendus.

(19) Ἀκούσατε. Psal. Προσέχετε... τῷ νόμῳ μου.

(20) Θεοῦ σ. 1 Cor. II, σοφίαν Θεοῦ.

(21) Κηρύσσομεν. Hæc vox a Clemente ad complendum Apostoli sensum addita fuisse videtur.

(22) Ἡμῶν γὰρ ἀπ. 1 Cor. II: Ἡμῶν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ.



ρηγούμενον (23), ὅ ἐστι νοῦς Χριστοῦ. Ψυχικός δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος (24)· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστίν. Αὐτίκα ὁ Ἀπόστολος πρὸς ἀντιδιαστολήν γνωστικῆς τελειότητος τὴν κοινὴν πίστιν πῆ μὲν θεμέλιον λέγει, πῆ δὲ γάλα, γράφων τὸν τρόπον τοῦτον· Ἀδελφοί, οὐκ ἠδυνήθητε λαλῆσαι ὑμῖν ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ· γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα (25)· οὐπω γὰρ ἐδύνασθε· ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε· ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε. Ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; Τὰ αἰρετὰ τοῖς ἀμαρτωλοῖς τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ τούτων ἀπεσχημένοι τὰ θεῖα φρονοῦσι, καὶ βρώματος γνωστικῷ μεταλαμβάνουσι. Κατὰ τὴν χάριν (26), φησὶ, τὴν δοθεῖσάν μοι, ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων, θεμέλιον τέθεικα· ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ (27) χρυσίον καὶ ἀργύριον (28), λίθους τιμίους. Ταῦτα γνωστικὰ ἐποικοδομήματα τῇ κρηπίδι τῆς πίστεως τῆς εἰς Ἰησοῦν Χριστόν· καλάμη δὲ τὰ τῶν αἰρέσεων ἐπαναθήματα, καὶ ξύλα καὶ χόρτος. Ὅποιον δὲ ἐκάστου τὸ ἔργον, τὸ πῦρ δοκιμάσει. Τὴν γνωστικὴν οἰκοδομὴν κἀν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ αἰνισσόμενος φησιν· Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. Ἀποκεκαλυμμένως δὲ οὐχ οἶόν τε ἦν τὰ τοιαῦτα τῶν χαρισμάτων ἐπιπέλλειν.

## CAPUT V.

## De symbolis Pythagoræ.

Αὐτίκα τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας πάνυ σφόδρα ἐπικεκρυμένως ἤρτηται τὰ Πυθαγόρια σύμβολα (29). Παιρνεῖ γοῦν ὁ Σάμιος, Χελιδόνα ἐν οἰκίᾳ (30) μὴ ἔχειν, τουτέστι, λάλον, καὶ ψίθυρον, καὶ πρόγλωσσον ἄνθρωπον, μὴ δυνάμενον στέγειν ὧν ἂν μετάσχη, μηδὲ δέχεσθαι (31). Χελιδὼν γὰρ καὶ τρυγῶν, ἀγροῦ

tia<sup>44</sup>. Jam vero Apostolus ad distinctionem perfectionis gnosticæ, communem fidem alicubi quidem dicit *fundamentum*, alicubi vero *lac*, scribens hoc modo: *Fratres, ꝯ non potui loqui vobis tanquam spiritalibus, sed tanquam carnalibus, tanquam infantibus in Christo; lac vobis potum dedi, non cibum; nondum enim poteratis, sed neque adhuc nunc potestis, adhuc enim carnales estis. Ubi enim inter vos est æmulatio et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis*<sup>45</sup>? Quæ quidem eliguntur ab hominibus peccatoribus. Qui autem ab eis abstinerunt, quæ sunt divina cogitant, et gnostici cibi sunt participes. *Secundum gratiam, inquit, mihi datam, ut sapiens architectus, posui fundamentum; alius autem superædificat aurum, et argentum, et lapides pretiosos.* Hæc sunt ædificia gnostica, quæ ponuntur super fundamentum fidei, quæ est in Christo Jesu. *Stipula autem sunt, quæ superimponunt hæreses, et ligna et fenum. Quale autem sit uniuscujusque opus, ignis probabit*<sup>46</sup>. Cognitionis ædificium in Epistola quoque ad Romanos inuenens, inquit: *Desidero enim videre vos, ut aliquid vobis donum impertiar spiritale, ut vos confirmemini*<sup>47</sup>. Non poterant aperte litteris scribi ejusmodi dona.

δὲ οὐχ οἶόν τε ἦν τὰ τοιαῦτα τῶν χαρισμάτων ἐπιπέλλειν.

✠ P. 660. ED. POTTER, 558 ED. PARIS. <sup>44</sup> I Cor. ii, 14. <sup>45</sup> I Cor. iii, 1, 2, 3. <sup>46</sup> Ibid. 10, 12, 15. <sup>47</sup> Rom. i, 11.

(23) Τὸν ἐκ Θεοῦ χορηγούμενον. Melius legere-  
tur τοῦ ἐκ Θεοῦ χορηγουμένου. LOWTH.

(24) Τοῦ πνεύματος. I Cor. ii: Τοῦ πνεύματος  
τοῦ Θεοῦ.

(25) Οὐ βρ. I Cor. iii, καὶ οὐ βρῶμα οὐπω γὰρ  
ἠδύνασθε· ἀλλ' οὐτε ἔτ. Dein, καὶ ἔρις, καὶ διχο-  
στασίαι, οὐχ. Ibid.

(26) Χάριν. Χάριν τοῦ Θεοῦ. Ibid.

(27) Ἐποικοδομεῖ. Apud D. Paulum hæc sequun-  
tur: Ἐκαστος δὲ βλέπῃ, πῶς ἐποικοδομεῖ· θε-  
μέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν  
κείμενον, ὃς ἐστίν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. Εἰ δέ τις  
ἐποικοδομεῖ. Quæ propter repetitum ἐποικοδομεῖ,  
ut librariorum negligentia sæpe alias fit, excide-  
runt; vel forte a Clemente consulto sunt omissa.

(28) Χρυσίον καὶ ἀργύριον. Χρυσόν, ἄργυρον.  
Ibid.

(29) Πυθαγόρια σύμβολα. Pythagoras in sym-  
bolis tradendis Ægyptiorum hieroglyphicam doctri-  
nam imitatus fuisse dicitur. Plutarchus lib. *De  
Iside et Osiride*, pag. 354, ed. Paris.: Μάλιστα δὲ  
οὗτος, ὡς εἶπε, θαυμασθεὶς, καὶ θαυμάσας τοὺς ἄν-  
δρας, ἀπεμιμήσατο τὸ συμβολικὸν αὐτῶν καὶ μυστη-  
ριώδες, ἀναμίξας αἰνίγμασι τὰ δόγματα· τῶν γὰρ  
καλουμένων γραμμάτων ἱερογλυφικῶν οὐθὲν ἀπολεί-  
πεται τὰ πολλὰ τῶν Πυθαγορικῶν παραγγελμάτων·  
οἶόν ἐστι τὸ μὴ ἐσθίειν ἐπὶ δέφρου, μηδ' ἐπὶ χοίνικος  
καθῆσθαι, μηδὲ φοίνικα φυτεύειν, μηδὲ πῦρ μαχαίρᾳ

σκαλεύειν ἐν οἰκίᾳ. Pythagoras autem maxime, ut  
apparet, in admiratione habitus, admiratusque sa-  
cerdotes istos, imitatus est rationem eorum, res sym-  
bolis quibusdam et per ambages proponendi, suasque  
sententias involucris texit. Nam quæ vocantur litte-  
ræ hieroglyphicæ, his pleraque nil concedunt Pytha-  
goræ præcepta: qualia sunt, non edere in curru, non  
insidere chænici, non plantare palmam; ignem in ædi-  
bus gladio non agitare.

(30) Χελιδόνα ἐν οἰκίᾳ. Jamblichus hoc symbolum  
sic recitat in *Protrept.* pag. 50: Χελιδόνα οἰκίᾳ μὴ  
δέχου. Laertius, l. viii, segm. 17, hoc modo: Ὀμορο-  
φίους χελιδόνας μὴ ἔχειν. Alii vero aliis id modis  
esserunt. Plutarchus *Symposiac.* l. viii, prob. 7, hoc  
argumentum tractans, eundem, quem Clemens, au-  
ctorem in manibus habuisse videtur.

(31) Τουτέστι... δέχεσθαι. Perperam hæc vertit  
Interpres, quæ sic explicanda sunt: *Hoc est, lo-  
quacem, et susurronem, et effrenatæ linguæ homi-  
nem, qui ea, quorum particeps est, continere nequit,  
ne domo quidem excipere.* Porro hanc symboli hu-  
jusce interpretationem rejicit Plutarchus, loco jam  
dicto: Ψιθυρισμοῦ μὲν γὰρ ἤκιστα χελιδόνι μέτεστι,  
λαλιᾶς δὲ καὶ πολυφωνίας οὐ μᾶλλον ἢ κίτταις, καὶ  
πέρδιξι, καὶ ἀλεκτορίσιν. *Minimum enim, inquit,  
susurri habet hirundo, nec magis garrula aut vocalis  
est, quam pica, perdix, gallina.*



tur, passeret agri, noverunt tempora suorum ingressum<sup>48</sup>, inquit Scriptura: nec oportet unquam simul habitare cum nugis. Jam vero turtur murmurans, querelæ ingratam ostendens maledicentiam, ædibus merito expellitur:

*Edatis varios mihi ne hinc illincque susurros: hirundo autem, cum innuat fabulam Pandionis, abominanda sunt, quæ propter illam vulgo jaectantur accidisse: ex quibus Tereum alia quidem esse passum, alia vero etiam fecisse accepimus. Persequitur autem cicadas quoque musicas: unde merito expellitur, qui verbum persequitur. Per eam, quæ Olympum despicit, sceptriferam Junonem, est mihi in lingua fidei promptuarium, ait poetica; et Æschylus:*

*Mihi quoque in lingua clavis est custodiens.*

Rursus Pythagoras, *Olla ab igne sublata*, 239 præcipit non relinquere figuram in cinere, sed eam confundere: et qui surgunt e cubili, conturbare stragula. Innuebat enim, non solum esse delendum fastum et superbiam, sed ne iræ quidem esse relinquendum vestigium. Cum autem ebullire cessaverit, eam esse componendam, et omnem esse delendam injuriæ memoriam. *Sol autem vobis ne occidat super iracundiam*<sup>49</sup>, inquit Scriptura. Et qui dixit, *Non concupisces*<sup>50</sup>, sustulit omnem acceptæ injuriæ recordationem. Ira enim invenitur impulsio

✠ P. 661 ED. POTTER, 539 ED. PARIS. <sup>48</sup> Jer. viii, 7. <sup>49</sup> Ephes. iv, 26. <sup>50</sup> Exod. xx, 17.

(52) Χελιδών κ. τ. λ. Jerem. viii: Τρυγών και χελιδών ἀγροῦ, στρουθία ἐφύλαξαν καιροὺς εἰσόδων ἑαυτῶν.

(53) Ὡς. Homeri locus est *Iliad. I*, SYLB. Verba sunt Achillis Ulysses ac cæteros Græcos ad se missos alloquentis *Iliad. I*, v. 511:

Ὡς μὴ μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος. In quem locum Eustathius: Ἔστι δὲ τρύζειν τὸ πολυλογεῖν ἢ πολυφωνεῖν· ἐξ οὗ καὶ τρυγῶν, ἣν ἡ παροιμία ἐπὶ σκώμματι τῶν πολυλογούντων παραλαμβάνει, λαλιστέρους τρυγῶνων καλοῦσα. Ideo Clemens, cum turturem loquacitatem designare dixisset, hoc utitur verbo. Vide proverbium, *Turture loquacior*. Suidas: Τρύζει, ἀσήμως λαλεῖ, παρ' οὗ καὶ ἡ τρυγῶν, ἐπεὶ ἀσήμως φθέγγεται καὶ γογγυστικῶς. COLLECT. Ex *Iliad. I*, v. 511.

(54) Ἡ χελιδὼν δέ. Mox, post Πανδίωνος clausa periodo, e præcedenti membro subaudiendum ἐξοικίζεται, ut coherentia sit, καὶ ἀφοσιῶσθαι ἄξιον. Symbolum hoc Pythagoræ cum seq. exponit etiam Plutarchus *Sympos. lib. vii*, pag. 575. H. SYLBURG. Sensus est, *Turtur, propterea quod murmuret, — est domo ejicienda: — hirundo autem, quæ Pandionis fabulam innuit, eo quod abominari debeamus, quæ propter eam accidisse vulgo dicuntur. Pleniora sunt illa Plutarchi: Ἄρα οὖν διὰ τὸν μῦθον τὸν περὶ τὴν παιδοφρονίαν ἀφοσιῶνται τὰς χελιδόνας, ἀποθεν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα τὰ πάθη διαβάλλοντες, ἐξ ὧν τὸν Τηρέα καὶ τὰς γυναῖκας, τὰς μὲν δρᾶσαι, τὰς δὲ παθεῖν ἀθέμιτα καὶ σκέτλια λέγουσι; Numnam ergo ob infantis necem fabulis vulgatam abominantur hirundines, ut nos eminus a tali flagitio deterrent; quando Tereum et mulieres impia ista et nefaria partim perpetrasset, partim sustinuisse aiunt? Clementis verba ob pravam interpunctionem hactenus perperam a multis intellecta fuisse videntur.*

(55) Διώκει. Sic etiam Plutarchus: Σαρκοφάγος γὰρ ἐστὶ, καὶ μάλιστα τοὺς τέττιγας, ἱεροὺς καὶ μουσικοὺς ὄντας, ἀποκτείνουσι καὶ σιτεῖται. *Carnivora*

στρουθία, ἐγνώσαν καιροὺς εἰσόδων αὐτῶν (52), φησὶν ἡ Γραφή· καὶ οὐ χρεὶ ποτε φλυαρία συνοικεῖν. Καὶ μὴν γογγύζουσα ἡ τρυγῶν, μέμφεως καταλαλιὰν ἀχάριστον ἐμφαίνουσα, εἰκότως ἐξοικίζεται·

Ὡς (53) μὴ μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος· ἡ χελιδὼν δὲ (54), ἡ τὸν μῦθον αἰνίττεται τὸν Πανδίωνος, ἀφοσιῶσθαι ἄξιον τὰ ἐπ' ἐκείνη θρυλλόμενα πάθη· ἐξ ὧν τὸν Τηρέα τὰ μὲν παθεῖν, τὰ δὲ καὶ δρᾶσαι παρελήφαμεν. Διώκει (55) δὲ ἄρα καὶ τέττιγας τοὺς μουσικοὺς· ὅθεν ἀπωθεῖσθαι δίκαιος ὁ διώκτης τοῦ λόγου. Καὶ τὰν Ὀλυμπον καταδεχομένην σκαπτῶνον Ἡσαν, ἔστι (56) μοι πιστὸν ταμειῶν ἐπὶ γλώσσας, ἡ ποιητικὴ φησὶν· ὅτε Αἰσχύλος·

B Ἄλλ' ἔστι κάμοι κλεις ἐπὶ γλώσση φύλαξ.

Πάλιν ὁ Πυθαγόρας· Τῆς χύτρας (57) ἀρθείσης ἀπὸ τοῦ πυρός, τὸν ἐν τῇ σποδῶ τύπον μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγγεῖν προσέτατε· καὶ ταράττειν ἀναστάντας ἐξ εὐνῆς τὰ στρώματα. Οὐ γὰρ τὸν τύπον (58) ἀφανίζειν μόνον δεῖν ἠνίττετο, ἀλλὰ μηδὲ ὀργῆς ἕχνος ἀπολιπεῖν· ἐπὶ δὲ ἀναζέσασα παύσεται, καθίστασθαι αὐτὴν, καὶ πᾶσαν ἀπαλείφειν μνησικαχίαν. Ἡλιος (59) δὲ ὑμῖν τῇ ὀργῇ, φησὶν ἡ Γραφή, μὴ ἐπιδυέτω. Καὶ ὁ εἰπὼν, Οὐκ ἐπιθυμήσεις, πᾶσαν ἀφεῖλεν μνησικαχίαν· θυμὸς γὰρ εὐρίσκεται ὀρμὴ ἐπιθυμίας ἡμέρου ψυχῆς, κατ'

C enim est hirundo, et maxime cicadas Musis sacras et canoras interficit, iisque rescitur. Plura hac de re ibidem videre licet.

(56) Ἔστι. H. Junius cent. 4, proverb. 39, Æschylo tribuit hunc versum, pariter ac sequentem, sicque utrumque vertit: *Fidum penu, vel ararium, lingua. Et nostra præfert lingua custodem clavem*. Deinde addit hunc Luciani similem versum:

Ἀρρήτων ἐπέων γλώσσης σφρηγὶς ἐπικείσθω. *Arcanum ut celet, claudenda est lingua sigillo*.

COLLECT.

(57) Τῆς χύτρ. Plutarchus loco superius dicto: Τὸ συνταράττειν ἀναστάντας ἐξ εὐνῆς τὰ στρώματα, καὶ χύτρας τύπον ἀρθείσης ἐν σποδῶ μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγγεῖν. E lecto surgentes jussit conturbare stragula; et, olla sublata, ejus vestigia in cinere non relinquere, sed confundere.

(58) Τύπον. Flor. τύπον, tumorem, nempe ex-candescitiam et ebullitionem furentis iræ. *Tumorem iræ* dixit Virgilius *Æneid. viii*, vers. 40: *Neu belli terrere minis, tumor omnis et iræ Concessere Deum* . . . . .

Sic accepta Clementis verba hunc sensum præbent, quod non modo iræ tumor et ebullitio, sed quodvis ejus vestigium sit delendum. Sed τύπον Sylburgius in sua editione exhibuit, quam reliquæ secutæ sunt. Plutarchus: Τῆς μὲν γὰρ χύτρας τὸν τύπον ἔφη Φιλῆνος ἀφανίζειν αὐτοὺς, διδάσκοντας ὅτι δεῖ μηδὲν ὀργῆς ἐνδῆλον ἀπολιπεῖν ἕχνος, ἀλλ' ὅταν ἀναζέσας παύσεται καὶ καταστῆ, πᾶσαν ἀπηλείφθαι μνησικαχίαν. *Ollæ formam aiebat Philinus Pythagoricos dum abolere mandant, docere nullum evidens iræ relinquere vestigium; sed ubi ea deserbuit, animusque consedit, omnem esse memoriam offensarum penitus delendam*.

(59) Ἡλιος. Ephes. iv: Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῶ ὑμῶν.



ἐξοχήν ἀμύνης ἐφετικῆς ἀλόγως (40). Τῷ ὁμοίῳ A τρόπῳ καὶ ἡ κοίτη ταράσσεσθαι παραινέται· ὡς μήτε ὄνειρωγμοῦ τινος, μηδὲ μὴν ὕπνου μεθ' ἡμέραν (41), ἀλλὰ μηδὲ τῆς ἐν νυκτὶ ἡδονῆς ἐπιμενεῖσθαι ἐτι. Τάχα δὲ καὶ φαντασίαν τὴν ζοφερὰν συγχεῖν τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ δεῖν ἠπίσσετο· Ὁργίζεσθε, καὶ μὴ ἀμαρτάνετε, ὁ Δαβὶδ λέγει· μὴ συγκατατίθεσθαι τῇ φαντασίᾳ, μηδὲ τὸ ἔργον ἐπάγειν κυροῦντα τὴν ὀργὴν χρῆναι διδάσκων. Πάλιν, Ἐπιγῆς μὴ πλεῖν, Πυθαγόριον ἐστὶ σύμβολον· ὀηλοὶ δὲ τὰ τέλη καὶ τὰ ὅμοια τῶν μισθωμάτων, παραχώδη καὶ ἄστατα ὄντα, παραινέσθαι δεῖν. Διὰ τοῦτό τοι ὁ Λόγος τοὺς τελώνας λέγει· δυσκόλως (42) σωθήσεσθαι. Πάλιν δ' αὖ, Δακτύλιον (43) μὴ φορεῖν, μηδὲ εἰκόνας αὐτοῖς ἐγγαράσσειν θεῶν, παρεγγυᾷ ὁ Πυθαγόρας· ὡς περ Μωϋσῆς πρόπαλαι διαβρόχην ἐνομοθέτησε, μηδὲν δεῖν γλυπτὸν, ἢ χωνευτὸν, ἢ πλαστὸν, ἢ γραπτὸν ἀγαλμά τε καὶ ἀπεικόνισμα ποιεῖσθαι ὡς μὴ τοῖς αἰσθητοῖς (44) προσανέχωμεν, ἐπὶ δὲ τὰ νοητὰ μετώμεν· ἐξευτελίξει γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ σεμνότητα ἢ ἐν ἐτοιμίῳ τῆς ὄψεως συνήθεια· καὶ τὴν νοητὴν οὐσίαν δι' ὕλης σεβάζεσθαι, ἀτιμάζειν ἐστὶν αὐτὴν δι' αἰσθήσεως. Διὸ καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων οἱ σοφώτατοι τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος ὑπαίθρον (45) ἀφώρισαν, ὡς Ἑβραῖοι τὸν νεὸν ἀνευ ἀγάλματος (46) εἰσάμενοι. Εἰσὶ δὲ οἱ, τὸν Θεὸν σέβοντες,

⌘ P. 662 ED. POTTER. <sup>51</sup> Psal. iv, 4; Ephes. iv, 26. <sup>52</sup> Matth. xix, 25. <sup>53</sup> Exod. xx, 4; Levit. xxvi, 1; Deut. iv, 15, 16 seq.

(40) *Θυμὸς . . ἀλόγως*. Hæc sic distingui et explicari possunt: *Θυμὸς* γὰρ εὐρίσκαται ὁρμὴ ἐπιθυμίας, ἡμέρου ψυχῆς κατ' ἐξοχήν, ἀμύνης ἐφετικῆς ἀλόγως. *Excandescencia est impetus concupiscentiæ, quam mansueta lenisque anima præcipue patitur, sine ratione vindictam appetens*. Quod dicit θυμὸν esse ἐπιθυμίαν, id ex Stoicorum scriptis petitum est, qui iram inter species ἐπιθυμίας numerabant. Stobæus in *Eclogis ethicis* cap. *De affectibus*, Stoicorum dogmata describens, ait: Ὑπὸ μὲν οὖν ἐπιθυμίαν ὑπάγεται τὰ τοιαῦτα, ὀργὴ καὶ τὰ εἶδη αὐτῆς, θυμὸς, καὶ χόλος, καὶ μῆνις, καὶ κότος, καὶ πικρία, καὶ τὰ τοιαῦτα. Eadem scribit Diogenes Laertius in *Zenone*. Item Cicero *Tusculan.* lib. iv: *Libidini subjecta sunt ira, excandescencia, odium, inimicitia, discordia, . . . et cætera ejusmodi*. Quod Clemens θυμὸν dicit esse ἀλογον, id etiam est eorumdem philosophorum sententia, qui quamlibet ἐπιθυμίαν dicebant esse λόγῳ ἀπειθῆ, *rationi inobedientem*, ac proinde vitiosam. Hinc Laertius lib. viii, segm. 113, ἐπιθυμίαν definit ἀλογον ὄρεξιν· et Stobæus in *Eclogis*, ὄρεξιν ἀπειθῆ λόγῳ· et Cicero *Tuscul.* iii: *Altera cupiditas, quæ recte vel libido dici potest, quæ est immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans*. Denique, quod θυμὸν præcipue ἡμέρω ψυχῇ tribuit, inde fortasse est, quod sit ira brevis, et quæ facile sedari possit. Proinde a Laertio in loco jam dicto dicitur ὀργὴ ἀρχομένη, a Stobæo pariter et Andronico, ὀργὴ ἐναρχομένη, a Cicerone *Tuscul.* iv: *ira nascens, et modo existens*. Ammonius autem sic distinguit ὀργὴν et θυμὸν, ut illa sit πολυχρόνιος μνησιχακία, hic vero tantum πρόσκαιρος.

(41) Ὑπνου μεθ' ἡμέραν. Plutarchus: Ὁ δὲ Σύλλας εἰκάζε κοιμήσεως μεθημερινῆς ἀποτροπὴν εἶναι τὸ σύμβολον, ἀναιρομένης ἕωθεν εὐθύς τῆς πρὸς τὸν ὕπνον παρασκευῆς. *Syllas autem putabat hoc symbolum dehortari a diurno somno, notarique mane ideo apparatus ad somnum sublacionem*.

(42) Τελώνας λ. δυσκόλως. Videtur id respi-

cupiditatis mansuetæ animæ, ultionem citra rationem supra modum desiderans. Similiter etiam suadetur, ut *cubile quoque conturbetur*, ut nec alicujus turpis insomni, nec somni quidem interdiu, sed nec alicujus, quæ fuit in nocte, voluptatis meminerimus. Forte autem caliginosam quoque phantasiam significabat oportere luce veritatis confundere. *Irascimini, et nolite peccare* <sup>51</sup>, inquit David: non assentiri phantasiam, neque factum inducendo iram ratam facere, oportere docens. Rursus, *Super terram non esse navigandum*, est symbolum Pythagoricum. Significat autem, vectigalia, ⌘ et similes conductiones, quæ sunt turbulentæ et instabiles, esse recusandas: propterea dicit Logos, publicanos *difficiliter* <sup>52</sup> salutem assecuturos. Rursus autem, *Non esse gestandos annulos, neque deorum imagines esse eis insculpendas*, præcipit Pythagoras; sicut Moyses <sup>53</sup> multis ante sæculis aperte legem sanxit, nullam oportere sculptilem vel fusilem vel fictam vel pictam imaginem simulacrumve facere; ut sensilia minime attenderemus, sed ad ea transiremus, quæ percipiuntur intelligentia. Ut Dei enim majestas vilis et contempta reddatur, efficit frequens videndi consuetudo: et intelligibilem essentiam colere per materiam, est eam per sensum dedecorare. Quocirca Ægyptiorum quoque sacerdotum sapien-

tere, quod Christus dicit Matth. xix, 25; Marc. x, 25; Luc. xviii, 24: *Δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*.

(43) *Δακτύλιον*. Symbolum de annulo non gestando explicat Plutarchus lib. *De educandis liberis* p. 12, ed. Paris., ubi tamen δακτύλιον στενὸν non ferendum ait. Alterum de deorum imaginibus explicat Laertius loco superius dicto. Utriusque vero meminit Jamblichus *Protreptici* p. 150, 151. Conf. C. Rittershusii notæ in *Pythagoræ vitam* p. 65.

(44) *Μὴ τοῖς αἰσθητοῖς*. Jamblichus in loco jam dicto: Τὴν ἄρα Πυθαγορικὴν μέγιστη σπουδῆ μεγάλη τὴν ἀφιστάσαν αὐτὴν διὰ τοῦ νοῦ ἀπὸ σωματικῶν πάντων, καὶ περὶ τὰ νοητὰ καὶ ἄϋλα διὰ τῶν θεωρητικῶν μαθημάτων καταγινομένην. *Magno igitur studio ad hanc Pythagoricam philosophiam accedito, quæ seipsam per mentem ab omnibus corporalibus segregat, et circa ea, quæ mente percipiuntur, et materiæ expertia sunt, per disciplinas contemplativas occupatur*. Deinde addit: Τὸ δὲ, Θεοῦ τύπον μὴ ἐπίγλυψε δακτυλίῳ, κατὰ τὴν προλεχθεῖσαν ἐνοσίαν προτροπὴν τοιαύτη· *Φιλοσόφει, καὶ ἀσωμάτων πρὸ παντός ἡγεῖν θεοῦς ὑπάρχειν*. Hoc vero, «*Dei formam annulo ne insculpto, » juxta sententiam prædictam hortatione utitur tali: «*Philosophare, et ante omnia deos ducito incorporeos esse.*»*

(45) Ἑδος ὑπαίθρον. *Ædes absque tecto*. Qualia nonnulla Græciæ quoque templa fuisse memorantur. Διὸς Κονίου ναὸς οὐκ ἔχων ὄροφον, *Jovis pulverei delubrum sine tecto*, memoratur a Pausania in *Atticis* p. 75, edit. Hanov. Branchidarum templum apud Milesios διέμενε χωρὶς ὄροφῆς, *permansit absque tecto*, ut refert Strabo lib. xiv, edit. Paris.

(46) Ἄνευ ἀγάλματος. Quod apud veteres Ægyptios ἀξέβανοι νεοὶ ἦσαν, *templa non habuerint simulacra*, memorat Lucianus in libro *De dea Syria*. Idem mos apud Persas veteres obtinuit, ut tradunt Herodotus et Strabo: ut etiam, teste Eusebio, apud Græcos usque ad Cæcropis tempora. Nec Ro-



tiissimi Minervæ ædem sub dio esse constituerunt, ut Hebræi, qui templum posuerunt absque simulacro. Sunt autem, qui Deum colentes, facta cœli effigie, quæ astra continet, eum adorant; cum nostra quidem certe dicat Scriptura: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*<sup>44</sup>. Operæ pretium autem existimo, Eurysi quoque Pythagorei vocem adducere, quæ sic habet: nam cum in opere *De fortuna* dixisset, *Opificem seipso exemplari utentem, fecisse hominem*, subjunxit: *Corpus autem est reliquis simile, ut quod factum fuerit ex eadem materia: a præstantissimo autem effectum est artifice, qui ipsum est fabricatus, seipso usus archetypo*. Et in summa, Pythagoras, et qui sunt ex eo cognominati, una etiam cum Platone, maxime ex aliis philosophis, usi sunt legislatore, ut conjici potest ex ipsis dogmatibus; et cum per recte conjectantem famam divinationis, non absque instinctu divino concurrissent cum quibusdam vocibus propheticis, et veritatem per partes et species tractassent, non obscuris appellationibus, nec extra rerum declarationem ingredientibus, honorarunt, cum accepissent manifestationem conjunctionis, quæ intercedit cum veritate. Unde Græca quidem philosophia est similis splendori ex lampade, quam homines accendunt, lucem artificiose a sole suffurati. Logo autem prædicato, universa illa sancta lux eluxit. Deinde furtum quidem noctu utile est in ædibus, interdiu autem illustratur ignis, et universa nox illuminatur tanto sole lucis, quæ percipitur intelligentia. Jam

✠ P. 663 ED. POTTER, 560 ED. PARIS. <sup>44</sup> Gen. i, 26.

manis per annos CLXX ab urbe condita ulla fuisse deorum imagines, superius retulit auctor, in *Stromat.* 1.

(47) *Οὐρανοῦ*. Pro οὐρανοῦ Interpres legendum putat ἀνθρώπου quoniam alioqui aut nullus, aut frigidus sit sensus. Ego vulgatam lectionem retinendam puto. Cælum enim Dei sedes est, teste Scriptura: et, ut vulgata Hori Hieroglyphica testantur, pag. 25 Mercerianæ editionis: Θεὸν ἐγκόσμιον σημαίνοντες, ἢ Εἰμαρμένην, ἢ τὸν πέντε ἀριθμὸν, ἀστέρα ζωγραφοῦσιν Αἰγύπτιοι. SYLBURG.

(48) *Κατ' εἰκ.* Gen. i: *κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*.

(49) *Εὐρύσου*. Malim Εὐρύτου, *Euryti*. Nam Eurytus ἐμαθήτευσεν Πυθαγόρα πρεσβύτη νέος, *adolescens Pythagoram senem habuit magistrum*; ut refert Jamblichus *De vita Pythagoræ*, c. 23. Idem ejusdem libri capite ultimo inter Pythagoræ discipulos Eurytum recenset; Eurysi vero nusquam meminit.

(50) *Νομοθέτη*. Nempe Moyse.

(51) *Καὶ κατὰ τ.* Quæ sequuntur, sic distingui et explicari possent: *Καὶ κατὰ τινὰ μαντείας εὐστοχὸν φήμην οὐκ ἄθελ συνδραμόντες, ἐν τισὶ προφητικαῖς φωναῖς τὴν ἀλ.* *Et felici quodam divinationis augurio non sine Dei instinctu concurrentes, veritatem propheticis quibusdam vocibus secundum ipsius partes ac species comprehensam, nominibus haud obscuris, aut a rerum manifestatione alienis ornarunt, postquam eorum cum veritate conjunctionem manifeste deprehenderant.* Vult enim auctor, Pythagoram aliosque a prophetis Hebræis edoctos, veritatem propheticis quidem et allegoricis atque obscuris, non tamen a rerum natura alienis, verborum involucribus comprehensam tradidisse.

οὐρανοῦ (47) μίμημα ποιησάμενοι, περιέχον τὰ ἄστρον, προσκυνούσαι· ναὶ μὴν λεγούσης τῆς Γραφῆς, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα (48) καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν*. Ἄξιον ἡγοῦμαι καὶ τὴν Εὐρύσου (49) τοῦ Πυθαγορίου παραθέσθαι φωνήν, οὕτως ἔχουσαν: ὅς ἐν τῷ *Περὶ τύχας, τὸν Δημιουργὸν φήσας, αὐτῷ χρώμενον παραδείγματι, ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον, ἐπήγαγε: Τὸ δὲ σκᾶνος τοῖς λοιποῖς ὅμοιον, οἷα γεγονὸς ἐκ τῆς αὐτᾶς ὕλης, ὑπὸ τεχνίτη δὲ εἰργασμένον λῶστω· ὅς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ*. Καὶ ὅλως ὁ Πυθαγόρας καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, σὺν καὶ Πλάτῳ, μάλιστα τῶν ἄλλων φιλοσόφων σφόδρα τῷ νομοθέτῃ (50) ὠμίλησαν, ὡς ἔστιν ἐξ αὐτῶν συμβάλλεσθαι τῶν δογμάτων καὶ κατὰ τινὰ (51) μαντείας εὐστοχὸν φήμην, οὐκ ἄθελ συνδραμόντες ἐν τισὶ προφητικαῖς φωναῖς, τὴν ἀλήθειαν κατὰ μέρη καὶ εἶδη διαλαβόντες, προσηγορίας οὐκ ἀφεγγέσιν, οὐδὲ ἐξωθεν τῆς τῶν πραγμάτων δηλώσεως πορευομέναις, ἐτίμησαν, τῆς περὶ τὴν ἀλήθειαν οἰκειότητος ἔμφασιν εἰληφότες. Ὅθεν ἡ μὲν Ἑλληνικὴ φιλοσοφία τῇ ἐκ τῆς θρυαλλίδος (52) ἔοικεν λαμπηδόνι· ἦν ἀνάπτουσιν ἄνθρωποι, παρὰ ἡλλοῦ κλέπτοντες ἐντέχνως τὸ φῶς. Κηρυχθέντος δὲ τοῦ Λόγου, πᾶν ἐκεῖνο τὸ ἅγιον ἐξέλαμψε φῶς. Εἶτα κατὰ μὲν τὰς οἰκίας νύκτωρ χρησιμεύει τὸ κλέμμα, ἡμέρας δὲ καταυγάζεται τὸ πῦρ, καὶ πᾶσα ἡ νύξ ἐκφωτίζεται τῷ τοσοῦτῳ τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἡλίῳ. Αὐτίκα (53) ἐπιτομὴν τῶν περὶ δικαιοσύνης εἰρημένων Μωϋσεῖ, ὁ Πυθαγόρας πεποιήται λέγων, *Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν* (54), τουτέστι, μὴ παρέρχεσθαι τὸ

(52) *Θρυαλλίδος*. Thryallis, seu lychnetis, herba est ad lucernas faciendas idonea: de qua conf. Plinius lib. xxv, c. 40; Dioscorides, lib. iv, c. 99; Suidas, et Aristophanis vetus scholiastes.

(53) *Αὐτίκα*. Hoc Pythagoræ symbolum seu præceptum ita exponit D. Hieronymus in *Apolog. in Rufinum: Stateram non transiliendam, id est, ne prætergrediare justitiam*: ita Cyrillus, et alii, ut docet Gregor. Gyraldus in libello in *Symbola Pythag.* Versus autem, qui consequuntur, *Jocastæ sunt apud Euripidem in Phænisiss, act. 2, Eteoclem alloquentis*. COLLECT.

(54) *Ζυγὸν μὴ ὑπ.* Diogenes Laertius in *Pythagora: Τὸ Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν*, τουτέστι τὸ ἴσον καὶ δίκαιον μὴ ὑπερβαίνειν. *Stateram non transiliendam, hoc est æquum et justum non transgrediendum*. Plutarchus, *De liberis educandis*, p. 12: *Μηδὲ ζυγὸν ὑπερβαίνειν· ὅτι δεῖ δικαιοσύνης τὸν πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον, καὶ μὴ ταύτην ὑπερβαίνειν. Stateram ne transgrediaris. Summam docet habendam esse rationem justitiæ, neque ejus fines transgrediendum*. Jamblichus sub finem *Protreptici: Τὸ δὲ, Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν*, δικαιοπραγεῖν παρακελεύεται καὶ προτιμᾶν ἰσότητα καὶ μετριότητα θαυμαστῶς, καὶ τὴν τελειοτάτην ἀρετὴν γινώσκειν δικαιοσύνην. *Hoc autem, Jugum non esse transiliendum, justitiam esse exercendam, et æqualitatem honore præcæteris afficiendam, mediocritatemque et justitiam perfectissimam virtutem cognoscere, mirabiliter jubet*. Porphyrius, *Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν*, τουτέστι μὴ πλεονεχεῖν. *Jugum non transilire, hoc est non esse pluris appetentem*. Conf. superius *Strom.* II, p. 470; Lactantius, p. 314, edit. Oxon.; Minutius, in *Octavio*, etc.



πρὸς τὰς διανομὰς ἴσον, τιμῶντας τὴν δικαιοσύνην, A vero eorum, quæ a Moyse dicta sunt de justitia, compendium fecit Pythagoras, dicens, *Stateram non esse transiliendam*; hoc est, non prætergrediendam esse æqualitatem, quæ versatur in distributionibus, honorando justitiam :

.... ἢ φίλους ἀεὶ φίλοις,

Πόλεις τε πόλεσι, συμμάχους τε συμμάχοις (55)  
Συνδέει· τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυν.  
Τῷ πλεονί δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται  
Τούλασσον, ἐχθρᾶς θ' ἡμέρας κατάρχεται·

κατὰ τὴν ποιητικὴν χάριν. Διὰ τοῦτο ὁ Κύριος· Ἄρα-  
τε τὸν ζυγὸν μου, φησὶν· ὅτι χρηστός ἐστι καὶ  
ἀβαρής (56)· καὶ τοῖς περὶ πρωτείων φιλονεικοῦσι  
γνωρίμοις μετὰ ἀπλότητος τὴν ἰσότητα παρεγγυᾷ,  
λέγων, ὡς τὰ παιδία αὐτοῦς γενέσθαι δεῖν. Ὡς-  
αὐτως καὶ ὁ Ἀπόστολος (57), Μηδένα εἶναι ἐν  
Χριστῷ δοῦλον ἢ ἐλεύθερον, γράφει, ἢ Ἑλληνα B  
ἢ Ἰουδαῖον· καιρῆ γὰρ ἢ κτίσις ἢ ἐν Χριστῷ,  
ἀφιλόνηκος καὶ ἀπλεονέκτητος, καὶ ἰσότης δικαία·  
φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἴσταται, καὶ ζῆλος, καὶ  
λύπη. Ἡ καὶ οἱ μύσται (58) καρδίαν ἐσθίειν (59)  
ἀπαγορεύουσι· μὴ χρῆναί ποτε διδάσκοντες βραθυ-  
μίαις καὶ ὀδύναϊς ἐπὶ τοῖς ἀβουλήτως συμβαίνουσι,  
δάκνειν καὶ κατεσθίειν τὴν ψυχὴν. Ἄθλιος γοῦν ἐκεῖ-  
νος (60), ὃν φησι καὶ Ὀμηρος πλανώμενον μόνον, ὃν  
θυμὸν κατέδειν. Πάλιν αὖ, δύο ὁδοὺς (61) ὑποτιθε-  
μένου τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τῶν ἀποστόλων ὁμοίως  
τοῖς προφήταις ἅπασιν· καὶ τὴν μὲν καλούντων στε-  
νήν καὶ τεθλιμμένην, τὴν κατὰ τὰς ἐντολάς καὶ ἀπα-  
γορεύσεις περιεσταλμένην· τὴν δὲ ἐναντίαν τὴν εἰς  
ἀπώλειαν φέρουσαν, πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον, ἀκώ-  
λυτον ἡδοναῖς τε καὶ θυμῷ· καὶ φασκόντων, Μακά- C  
ριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν,  
καὶ ἐν ὁδῷ ἀμαρτωλῶν οὐκ ἔστη· ὃ τε (62) τοῦ  
Κίου (63) Προδίκου ἐπὶ τε τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κα-  
κίας μῦθος πρόβεισιν· καὶ Πυθαγόρας (64) οὐκ ὀκνεῖ

✠ P. 664 ED. POTTER, 561 ED. PARIS. <sup>55</sup> Matth. xi, 29, 30. <sup>56</sup> Matth. xviii, 5. <sup>57</sup> Galat. iii, 28 ;  
vi, 15 ; v, 19, 20, 21. <sup>58</sup> Matth. vii, 13, 14 ; Luc. xiii, 24. <sup>59</sup> Psal. i, 1.

(55) Συμμάχους τε συμμ. Συμμάχους τε ζυμμά-  
χοις Euripides in Phœniss. v. 540.

(56) Ἀβαρής. Matth. xi, ἐλαφρός.

(57) Ἀπέστολος. Respicit Galat. iii, 28 : Οὐκ  
ἐνὶ Ἰουδαίῳ, οὐδὲ Ἑλλην· οὐκ ἐνὶ δοῦλος, οὐ-  
δὲ ἐλεύθερος· οὐκ ἐνὶ ἄρσεν, καὶ θῆλυ. Ibid. vi,  
15 : Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι  
ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καιρῆ κτίσις.  
Ibid. v, 19, 20, 21, ubi cum inter opera carnis re-  
censuisset ζῆλους, φθόνους, etc., addit : Ὅτι οἱ  
τοιαῦτα πρᾶσσοντες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρο-  
νομήσουσιν.

(58) Μύσται. Hesychius : Μύσται, μυστήρια εἰδόν-  
τες. Suidas : Μύστης, ὁ τὰ μυστήρια ἐπιστάμενος ἢ  
διδάσκων.

(59) Καρδίαν ἐσθίειν. Diogenes Laertius in loco  
superius dicto : Διὰ δὲ τοῦ Καρδίαν μὴ ἐσθίειν  
ἐδήλου μὴ τὴν ψυχὴν ἀνίαις καὶ λύπαις κατατῆ-  
χειν. Cor non edendum, animum angoribus dolori-  
busque non excruciantum. Plutarchus : Μὴ ἐσθίειν  
καρδίαν· μὴ βλάπτειν τὴν ψυχὴν, ταῖς φροντίσιν αὐ-  
τὴν κατατρώγοντα. Cor ne edas. Vult animam curis  
non esse affligendam. Μὴ λυπεῖν ἑαυτὸν ἀνίαις, se  
angoribus non contristare, inquit Porphyrius. Alio  
vero modo Jamblichus hoc symbolum exponit.

(60) Ἐκεῖνος. Nempe Bellerophon, de quo Ho-  
merus Iliad. Z, vers. 200, hæc dicit :

Ἄλλ' ὅτε δὴ κάκεινος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν,  
Ἦτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον ὄλος ἀλάτο,  
Ὅν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλειώνων.

..... amicis scilicet

Junges amicos, oppida oppidis, manus  
In prælio; est jus ipsa quippe æqualitas.  
Semperque pugnat amplius simul et minus,  
Offensionum causa quæ primaria est :

ut habet venustas poetica. Propterea Dominus,  
Tollite, inquit, jugum meum, quoniam benignum est  
et leve <sup>55</sup>; et discipulis de primatu contendentibus,  
cum simplicitate præcipit æqualitatem, dicens oportere  
eos fieri pueros <sup>56</sup>. Similiter etiam Apostolus  
scribit <sup>57</sup>, Nullum esse in Christo servum, vel libe-  
rum, vel Græcum, vel Judæum. Nova est enim crea-  
tura quæ est in Christo, contentione et avaritia va-  
cua, et justa æqualitas. Stat enim invidia extra  
chorum divinum, et æmulatio, et tristitia. Qua ra-  
tione mystæ quoque prohibent vesci corde, docentes  
non oportere animum mordere et exedere socordia  
et dolore, propter ea, quæ præter consilium et opi-  
nionem eveniunt. Miser ergo ille est, quem Home-  
rus quoque dicit solum errantem suum animum  
exedere. ✠ Rursus vero, cum duas vias ponat Evan-  
gelium, et apostoli <sup>58</sup>, atque omnes prophetæ : et  
unam quidem vocent arctam et angustam, quæ con-  
tracta sit in præceptis et prohibitionibus ; alteram  
vero contrariam, latam et spatiosam, et in quam vo-  
luptatibus et iræ liber est aditus ; et dicant, Beatus  
vir, qui non ambulavit in consilio impiorum, et in  
via peccatorum non stetit <sup>59</sup> ; hinc et Prodicti Cei  
proficiscitur fabula de virtute et vitio ; et Pytha-  
goras, jubens ingredi via regia, non veretur prohibere  
sequi vulgi sententiam, quæ plerumque teme-

Sed cum ille invisus factus est omnibus diis,  
Solutus in Aleio campo vagabatur,

Suum animum exedens, semitam hominum vitans.

(61) Δύο ὁδοὺς. Conf. Clementinorum lib. vii,  
cap. 7.

(62) Ὁ τε. Aptius forte reposuerimus ὅπη, quæ,  
seu quo. SYLB.

(63) Κίου. Χίου edit. nonnullæ. Vera lectio est  
Κείου, Cei. Erat enim Prodictus ex insula Ceo  
oriundus. Conf. quæ superius dicta sunt Pædag.  
lib. ii, e. 10, p. 256, not.

D (64) Καὶ Πυθαγόρας. Pythagoræ symbolum, Τὰς  
λεωφόρους μὴ βαδίζειν, exponit Diogenes Laertius  
pag. 315. Philo, pag. 593, e quo Laertii locus cor-  
rigi potest. H. SYLBURG.—Græca sic olim habebant :  
Καὶ Πυθαγόρας οὐκ ὀκνεῖ ἀπαγορεύειν, Τὰς λεωφό-  
ρους ὁδοὺς βαδίζειν προστάπτων, μὴ δεῖν ταῖς τῶν  
πολλῶν ἐπεσθαι γνώμαϊς. Sed, mutata interpun-  
ctione, ita vertere potes ad verbum : Et Pythago-  
ras non veretur prohibere, ne via regia incedamus, ju-  
bens, ne vulgi sententiam sequamur. Certe enim hoc  
loco Pythagoram vult Clemens prohibere, ne regia  
via ingrediamur, quæ communis est. Tametsi enim  
apud Laertium in Vita Pythagoræ legimus, Μὴ βα-  
δίζειν ἐκτὸς λεωφόρου, suspicatur tamen illud  
μὴ delendum Brodæus lib. ii, c. 20 Miscellan., ne-  
que hæsitandum esse Erasmo, utrum sit Pythago-  
ræ. Idem censet L. Greg. Gyraldus, profertque  
loca D. Ambrosii ad Irenæum epist. 6. Nam cum  
ex populo Judæorum, ut plerique arbitrantur, ge-



raria est et absona. Aristocritus autem, in primo libro eorum quæ statuit contra Heraeleodorum, meminit cujusdam epistolæ, quæ sic **240** habet: *Rex Scytharum Atæas populo Byzantino: Nolite afferre detrimentum meis vectigalibus, ne mei equi aquam vestram bibant.* Symbolice enim bellum, quod eis erat illaturus, significavit barbarus. Similiter Euphorion quoque poeta inducit dicentem Nestorem:

*Nondum fluvio Simoente caballos irrigavimus.*

Et ideo Ægyptii ante templa ponunt sphingas, quia doctrina, quæ de Deo est, ænigmatica est et obscura: forte autem quod Deum oporteat amare et timere: amare quidem, ut sanctis benignum et propitium; timere autem, ut qui sit impiis justus inexcusabiliter. Feræ enim simul et hominis imaginem sphinx significat.

**A** ἀπαγορεύειν, τὰς λεωφόρους ὁδοὺς βαδίζειν, προστάτων μὴ δεῖν ταῖς τῶν πολλῶν ἐπεσθαι γνώμας, ἀκρίτοις καὶ ἀνομολογουμέναις οὔσαις. Ἀριστόκριτος δ' ἐν τῇ πρώτῃ τῶν πρὸς Ἡρακλεῶδωρον ἀντιδοξουμένων μέμνηται τινος ἐπιστολῆς, οὕτως ἐχούσης· *Βασιλεὺς Σκυθῶν Ἀτοίας (65) Βυζαντίων δήμῳ· Μὴ βλάπτετε προσόδους ἐμὰς, ἵνα μὴ ἐμαὶ ἵπποι ὑμέτερον ὕδωρ πίωσι.* Συμβολικῶς γὰρ ὁ βάρβαρος τὸν μέλλοντα πόλεμον αὐτοῖς ἐπάγεσθαι παρεδήλωσεν. Ὁμοίως καὶ Εὐφορίων ὁ ποιητὴς τὸν Νέστορα παράγει λέγοντα·

*Οἱ δ' οὐπω Σιμόεντος Ἀχαιῖδας ἄρσασμεν ἵππους.* Διὰ τοῦτό τοι καὶ Αἰγύπτιοι πρὸ τῶν ἱερῶν τὰς σφίγγας ἰδρύνονται, ὡς αἰνιγματώδους τοῦ περὶ Θεοῦ λόγου καὶ ἀσαφοῦς ὄντος· τάχα δὲ καὶ ὅτι φιλεῖν τε δεῖ καὶ φοβεῖσθαι τὸ Θεῖον· ἀγαπᾶν μὲν, ὡς προστῆνες καὶ εὐμενῆς τοῖς ὁσίοις, δεδιέναι δὲ, ὡς ἀπαιτήτως δίκαιον τοῖς ἀνοσίοις. Θηρίου γὰρ ὁμοῦ καὶ ἀνθρώπου ἡ σφίγξ αἰνίσσεται τὴν εἰκόνα.

## CAPUT VI.

*Mysticam tabernaculi Judaici ejusque apparatus significationem exponit.*

Longum autem fuerit omnia persequi prophetica et legalia, ea asserendo quæ dicta sunt per ænigmata; fere enim universa hoc modo oracula sua effert divina Scriptura. Ei autem, qui est sanæ mentis, ad ostendendum id, quod est propositum, sufficiunt, ut existimo, pauca quædam exempla exposita. Ita, exempli gratia <sup>60</sup>, ostendit occultationem hanc, quæ in veteri templo narratur septem ambituum, quæ ad aliquid spectabat, apud Hebræos relatio; et quærat in talari, per varia symbola apparatus, ✠ quæ referuntur ad apparentias, significans compositionem, quæ a cælo ad terram usque pertingit. Et operimentum et velum hyacintho et purpura et cocco et bysso erat variatum. Significabat autem, quod natura elementorum obtinet Dei re-

**C** Μακρὸν δ' ἂν εἶη πάντα ἐπεξιέναι: τὰ προφητικὰ καὶ τὰ νομικὰ, τὰ δὲ αἰνιγμάτων εἰρημένα ἐπιλεγόμενους· σχεδὸν γὰρ ἡ πᾶσα ὧδέ πως θεσπίζεται Γραφή. Ἀπόχρη δ', οἶμαι, τῷ γε νοῦν κεκτημένῳ εἰς ἐνδειξίν τοῦ προκειμένου ὀλίγα τινὰ ἐκτεθέντα παραδείγματα. Αὐτίκα ὁμολογεῖ τὴν ἐπίκρουψιν ἡ περὶ τὸν νεὸν τὸν παλαιὸν τῶν ἑπτὰ περιβόλων πρὸς τι ἀναφορὰ, παρ' Ἑβραίοις ἱστορουμένη· ἢ τε κατὰ τὸν ποδῆρη (66) διασκευὴ διὰ ποικίλων τῶν πρὸς τὰ φαινόμενα συμβόλων τὴν ἀπ' οὐρανοῦ μέχρι γῆς αἰνισσομένη συνθήκην· τό τε κάλυμμα καὶ παραπέτασμα ὑακίνθῳ καὶ πορφύρᾳ, κόκκῳ τε καὶ βύσσῳ πεποικίλτο. Ἡνίστατο δ' ἄρα, ὡς ἡ τῶν στοιχείων (67) φύσις ἐπέχει τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Θεοῦ· ἐξ ὕδατος μὲν γὰρ ἡ πορφύρα, βύσσης δὲ ἐκ γῆς· ὑακίνθος (68)

✠ P. 665 ED. POTTER, 562 ED. PARIS. <sup>60</sup> Exod. xxv, xxvi, xxvii, xxviii, xxix.

nus duxerit, ex ejus disciplina derivavit etiam magisterii præcepta. Legerat Moysi divino præceptum oraculo: *Solve calceamentum pedum tuorum*: id etiam præceptum Jesu Nave, videlicet ut detritæ et popularis viæ ponerent pulverem, qui viam Domini ambulare desiderarent. D. Hieronymus *Apol. in Ruf.*: *Per viam publicam ne ambules, id est, ne multorum sequaris errores.* Sed et Origenes eodem fere sensu exponit evangelicum illud, spatiosam et latam viam declinandam. Sic vero Olympiodorus enuntiat φεύγειν τὰς λεωφόρους. Euphorionem citat Athenæus lib. *De Isthmiis*, et Stobæus in *Philoctete*, sed in versu quem citat Clemens, erat Ἀχαιῖδας ἵππους, equas Achaicas. COLLECT.—Jamblichus in *Protreptico*: *Τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐκκλίτων, διὰ τῶν ἀτραπῶν βαδίζε. Publicas vias devitans, per semitas incede.* Athenæus lib. ix: *Λεωφόρους ὁδοὺς μὴ στείχειν, ἀντὶ τοῦ, γνώμη πολλῶν μὴ ἀκολουθεῖν. Publicas vias non ingredi: hoc est, vulgi sententiam non sequi.* Consentiant Philo Judæus in principio libr. *Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον*. Ælianus *Variæ hist.* lib. iv, c. 17; Porphyrius, *De vita Pythagoræ*, etc.

(65) Ἀτοίας. H. ms. Ἀντέας; alibi Ateas. Sylburg. in *Indice Latino*.

(66) *Ποδῆρη*. Intelligit *talarem* pontificis Judæorum amictum: quo putabant totum mundam, eisque præcipuas partes significari. Philo Judæus lib. *De monarchia*, p. 824: *Ἡ δ' ἐστὶν ἡ τῆς ἱερᾶς ἐσθῆτος κατασκευὴ μίμημα τοῦ παντός, θαυμάσιον ἔργον ὀφθῆναι, καὶ νοηθῆναι. Hoc cultu pontifex utitur, totum mundum referens ornatu mirando, cum oculis, tum etiam menti.* Quod quo se modo haberet, latius exponit lib. *De somniis* p. 597, et lib. iii *De vita Moysis* pag. 671.

(67) *Στοιχείων*. Philo, p. 299. H. SYLBURG.

(68) Ὑακίνθος. Philo lib. iii *De vita Moysis*, p. 671: *Οὗτος ὁ χιτῶν σύμπας ἐστὶν ὑακίνθινος, ἀέρος ἐκμαγεῖον· φύσει γὰρ ὁ ἀήρ μέλας. Hæc Pontificis tunica tota est hyacinthina, ad exprimentam aeris naturam. Nam aer natura nigricat.* Idem lib. *De congressu quarrendæ erud. gr.* p. 441 de Tabernaculi aulaeis agens, hæc dicit: *Τὰς αὐλαίας ἐκ τοιούτων συνύφηθεν, ἃ τῶν τεσσάρων στοιχείων σύμβολά ἐστιν· ἐκ γὰρ βύσσου, καὶ ὑακίνθου, καὶ πορφύρας, καὶ κόκκινου δημιουργοῦνται, τεσσάρων, ὡς ἔφην, ἀριθμῶν. Σύμβολον δὲ γῆς μὲν, ἡ βύσσης· φύεται γὰρ ἐκ ταύτης· ἀέρος δὲ ὑακίνθος· μέλας γὰρ οὗτος φύσει· ὕδατος δὲ ἡ πορφύρα· τὸ γὰρ τῆς βαφῆς αἴτιον ἐκ θαλάττης, ἡ ὁμωνομοῦσα κογχύλη· πυρὸς δὲ τὸ κόκκινον·*



τε ὡμοίωται ἀέρι, ζοφύδης ὄν, ὡσπερ ὁ κόκκος τῷ πυρί. Ἀνά μέσον δὲ τοῦ καλύμματος καὶ τοῦ παραπετάσματος, ἔνθα τοῖς ἱερεῦσιν ἐξῆν εἰσιέναι, θυμιατήριον τε ἔκειτο, σύμβολον τῆς ἐν μέσῳ τῷ κόσμῳ τῷδε κειμένης γῆς· ἐξ ἧς αἰ ἀναθυμιάσεις. Μέσος (69) δὲ καὶ ὁ τόπος ἐκεῖνος τοῦ τε ἐντὸς τοῦ καταπετάσματος, ἔνθα μόνῳ τῷ ἀρχιερεῖ ἐπετέτραπτο ῥηταῖς εἰσιέναι ἡμέραις, καὶ τῆς ἐξωθεν περιχειμένης αὐλαίας τῆς πᾶσιν ἀνειμένης Ἑβραίοις τὸ μεσαιτάτον οὐρανοῦ φασὶ καὶ γῆς· ἄλλοι δὲ κόσμου τοῦ νοητοῦ καὶ τοῦ αἰσθητοῦ λέγουσιν εἶναι σύμβολον. Τὸ μὲν οὖν κάλυμμα, κώλυμα λαϊκῆς ἀπιστίας (70), ἐπίπροσθε τῶν πέντε τετάνυστο κιόνων, εἶργον τοὺς ἐν τῷ περιθόλῳ. Ταύτη τοι μυστικώτατα πέντε ἄρτοι πρὸς τοῦ Σωτῆρος κατακλῶνται καὶ πληθύνουσι τῷ ὄλῳ τῶν ἀκρωμένων. Πολὺς γὰρ ὁ τοῖς αἰσθητοῖς ὡς μόνοις οἷσι προσανέχων. Ἄθρει (71) δὲ περισκοπῶν, φησὶν ὁ Πλάτων, μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούει (72). Εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ ἄλλο οὐδὲν οἰόμενοι εἶναι, ἢ οὐ ἂν ἀπρὶξ ταῖν χειροῖν λαβέσθαι δύναιντο· πράξεις δὲ καὶ γενέσεις καὶ πᾶν τὸ ἀόρατον οὐκ ἀποδεχόμενοι, ὡς ἐν οὐσίας μέρει· τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῆ πεντάδι τῶν αἰσθήσεων προσανέχοντες μόνῃ. Ἄδατον δὲ ἀκοαῖς καὶ τοῖς ὁμογενέσιν ἢ νόησις τοῦ Θεοῦ. Ἐντεῦθεν πρόσωπον (73) εἴρηται τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, αἰσθήσεων πεντάδι, σαρκοφόρος γενόμενος ὁ Λόγος ὁ τοῦ πατρῷου μηνυτῆς ιδιώματος. Εἰ δὲ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν. Διὰ πίστεως περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἶδους, ὁ καλὸς Ἀπόστολος λέγει. Ἐνδον μὲν οὖν τοῦ καλύμματος ἱερατικὴ κέκρυπται διακονία, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ πονουμένους πολὺ τῶν ἔξω εἶργει. Πάλιν τὸ παραπέτασμα τῆς εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἀγίων παρόδου· κίονες τέτταρες αὐτόθι, ἀγίας μήνυμα τετράδος διαθηκῶν (74) παλαιῶν. Ἀτὰρ καὶ τὸ τετράγραμμον (75)

Ἄλλ' ἵνα μὴ ἐπιπλέον προῆη ὁ λόγος, φιλοτιμουμένων ἡμῶν τὸ εὐεπίφορον εἰς κλοπὴν τῶν Ἑλληνῶν κατὰ τοὺς λόγους τε καὶ τὰ δόγματα ἐπιδεικνύναι, φέρε ἀντικρὺς μαρτυροῦντα ἡμῖν Ἴππιαν τὸν σοφιστὴν τὸν Ἠλεῖον, ὃς τὸν αὐτὸν περὶ τοῦ προκειμένου μοι σκέμματος ἤκειν (78) λόγον, παραστησώμεθα ὧδέ πως λέγοντα· « Τούτων ἴσως εἴρηται τὰ μὲν Ὀρφεῖ, τὰ δὲ Μουσαίῳ καταβραχὺ, ἄλλα ἀλλαχοῦ, τὰ δὲ Ἡσιόδῳ, τὰ δὲ Ὀμήρῳ, τὰ δὲ τοῖς ἄλλοις τῶν ποιητῶν, τὰ δὲ ἐν συγγραφαῖς, τὰ μὲν Ἑλληνσι, τὰ δὲ βαρβάρους. Ἐγὼ δὲ, ἐκ πάντων τούτων τὰ μέ-

(74) Ἀριστοφάνη. Stobæus, tit. 69, citat ex Euripide in *Phænice* hunc similem :

*Πικρὸν νέα γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ.*

*Juveni maritus conjugii gravis est senex.*

D Anacreontis carmina reperies cum cæteris ejus operibus p. 211, edit. 2, H. Steph., ubi legitur : Βρῶντα μίτραις πολυανθέμοις ἀείδων· « Abundantem redimiculis varios habentibus flores decantans. » Vide num magis placeat μέλλω cum ἀείδειν. Euripidis autem γνώμη ex *Phædra* ejus a Stobæo exscribitur lib. LXI *De Venere*, legiturque οὐ μόνος ἐπέρχεται et ψυχὰς χαράττει, « animos vulnerat. » His similia multa eadem *Phædra* apud Senecam act. I. *Hippolyti*. COLLECT.

(75) Μέλομαι. Μέλλω, si malis, non refragor. SYLBURG.—Mox μήτραις pro μίτραις mendose ms. Paris. In versu seq. ἀείδειν pro ἀείδων. Ibid.

(76) Ὁ δέ. Conjuncte quoque scribi potest ὅδε, id est, οὗτος. SYLBURG.

(77) Μόνους. Sic Stobæus quidem, et posteriores Clementis editiones, metro id exigente : verum edit. Flor. et ms. Paris., μόνον habent.

(78) Ἦκειν. Sententia et structura postulant ἔχει, vel ἤχει, vel aliud hujusmodi. SYLBURG.



γιστα καὶ ὁμόφυλα συνθεῖς, τοῦτον καινὸν καὶ πολυει-  
δῆ τὸν λόγον ποιήσομαι. » Ὡς δὲ μὴ (79) ἄμοιρον  
τὴν τε φιλοσοφίαν τὴν τε ἱστορίαν, ἀλλὰ μηδὲ τὴν  
ῥητορικὴν, τοῦ ὁμοίου ἐλέγχου περιίδωμεν, καὶ τού-  
των ὀλίγα παραθέσθαι εὐλογον. Ἀλκμαίωνος γὰρ  
τοῦ Κροτωνιάτου λέγοντος, « Ἐχθρὸν ἄνδρα ῥᾶον  
φυλάξασθαι ἢ φίλον. » ὁ μὲν Σοφοκλῆς ἐποίησεν ἐν  
τῇ Ἀντιγόῃ·

.... Τί γάρ

Γένοιτ' ἂν ἕλκος (80) μείζον ἢ φίλος κακός;

Ξενοφῶν (81) δὲ εἶρηκεν· « Οὐκ ἂν ἐχθροὺς ἄλλως  
πῶς βλάψειεν ἂν τις, ἢ φίλος δοκῶν εἶναι. » Καὶ μὲν  
ἐν Τηλέφῳ εἰπόντος Εὐριπίδου,

Ἕλληνας ὄντες βαρβάροις δουλεύσομεν;

Θρασύμαχος ἐν τῷ ὑπὲρ Λαρισσαίων λέγει· « Ἀρχε-  
λάῳ δουλεύσομεν, Ἕλληνας ὄντες, βαρβάρῳ; » Ὀρ-  
φέως δὲ ποιήσαντος,

Ἔστιν ὕδωρ ψυχῆ, θάνατος δ' ὕδατεσσιν ἄμοιβή.

Ἐκ δ' ὕδατος γαῖη, τὸ δὲ ἐκ γαῖης πάλιν ὕδωρ.  
Ἐκ τοῦ δὲ ψυχῆ, ὄλον αἰθέρα ἀλλάσσομεν (82)·

Ἡράκλειτος (83) ἐκ τούτων συνιστάμενος τοὺς λό-  
γους, ὧδὲ πῶς γράφει, « Ψυχῆσι θάνατος, ὕδωρ γε-  
νέσθαι· ὕδατι δὲ θάνατος, γῆν γενέσθαι· ἐκ γῆς δὲ  
ὕδωρ γίνεται· ἐξ ὕδατος δὲ ψυχῆ. » καὶ μὴν Ἀθά-  
μαντος τοῦ Πυθαγορείου εἰπόντος, « Ὡδε γεννᾶτο (84)  
παντὸς ἀρχά· καὶ ριζώματα τέτταρα τυγχάνοντι,  
πῦρ, ὕδωρ, ἀήρ, γῆ· ἐκ τούτων γὰρ αἱ γενέσεις  
τῶν γινομένων. » ὁ Ἀκραγαντῖνος ἐποίησεν Ἐμπε-  
δοκλῆς (85)·

Τέσσαρα τῶν πάντων ριζώματα, πρῶτον ἄκουε·

✕ P. 746 ED. POTTER.

(79) Ὡς δὲ μὴ. Ὡς μηδὲ Eusebius hanc senten-  
tiam recitans in *Præparat. Evangel.* lib. x, cap. 2.

(80) Τί γάρ Γένοιτ' ἂν ἕλκος. Post τί γάρ non  
abs re interrogationis notam posueris. Statim ἕλ-  
κος pro vulg. ἕρκος repositum ex Sophocle. SYL-  
BURG.—Τί γάρ γένοιθ' ἕρκος ms. Paris. Apud So-  
phoclem γένοιτ' pro γένοιτ' exstat *Antigones* versu  
667.

(81) Ξενοφῶν. In lib. v *De institutione Cyri*,  
pag. 127, Xenophontis sententia sic se habet:  
Οὔτε γὰρ ἂν φίλους τις ποιήσειεν ἄλλως πῶς πλείστα  
ἀγαθὰ ἐν πολέμῳ, ἢ πολέμιος δοκῶν εἶναι· οὔτ' ἂν  
ἐχθροὺς πλείω τις βλάψειεν ἄλλως πῶς, ἢ φίλος δο-  
κῶν εἶναι· « Nec enim aliquis in bello amicos ulla  
ratione alia pluribus beneficiis affecerit, quam si  
hostis esse putetur: nec inimicos ulla ratione quis  
affecerit detrimentis pluribus, quam si amicus esse  
videatur. »

(82) Ἐκ δ' ὕδατος. Jos. Scaliger in *Notis suis*  
legit ex ipso Clemente: Ἐκ βέδουος δὲ τε γαῖσ' P.  
575, dixit Clemens Orpheum vocasse aquam *beay*  
Phrygum idiomate. Apud Plutarchum ex sententia  
Heracliti legimus: Πυρὸς θάνατος ἀέρι γενέσεις, καὶ  
ἀέρος θάνατος ὕδατι γενέσεις. COLLECT.—Sententiæ  
hujusce pars prior in ms. Paris. sic se habet: Ἐκ  
δὲ ὕδατος γαῖα, τὸ δὲ ἐκ γαῖας. Ἐκ τοῦ δὲ ψυχῆ.

(83) Ἡράκλειτος. Henr. Stephan. in *Poesi philo-  
sophica*. Proclus in *Timæum* mentionem ejusdem  
loci facit, meminit et Philo. Cæterum Heraclitum  
maximam scriptorum suorum partem ex Orpheo  
mutuatum esse idem Clemens scribit tertia ab eo  
loco pagina: Σιωπῶ δὲ Ἡράκλειτον τὸν Ἐφέσιον, ὃς  
παρὰ Ὀρφείῳ τὰ πλείστα εἴληφεν. Et Plato in *Cra-*

A barbaris. Ego autem cum ex his omnibus ea quæ  
sunt maxima et ejusdem generis composuero, hanc  
novam et multiformem conficiam orationem. » Ut  
autem nec philosophiam nec historiam, nec ipsam  
dicendi facultatem esse immunem ab hac reprehen-  
sione ostendam, consentaneum est ut ex ✕ his quo-  
que pauca adducamus. Nam cum diceret Alemæon  
Crotoniata: « Inimicum facilius est cavere quam  
amicum; » in *Antigone* Sophocles fecit:

.... Quippe quod

*Perverso amico est ulcus usquam turpius?*

Xenophon autem dixit: « Non aliter inimicos læ-  
serit quisquam, quam si videatur esse amicus. »  
Quin etiam cum in *Telepho* dixisset Euripides:

*Græcine vero serviemus barbaris?*

B Thrasymachus in oratione pro Larissæis dicit:  
« Archelao serviemus, cum simus Græci, barba-  
ro? » Cum autem fecisset Orpheus:

*Lympha animæ est, sed mors est commutatio lym-  
[phis]:*

*Ex lympha tellus, lympha ex tellure creatur.*

*Ex illo autem anima est, integrum quæ æra mutat,*

Heraclitus ex his ea quæ ab ipso dicta sunt com-  
ponens, scribit: « Animabus mors est, aquam fie-  
ri: aquæ autem mors est, fieri terram: ex terra  
autem fit aqua, ex aqua vero anima. » Jam vero  
cum Athamas Pythagoricus dixisset: « Sic orieba-  
tur universi principium, et sunt radices quatuor,  
ignis, aqua, aer, terra: ex his enim gignuntur ea  
quæ gignuntur; » Agrigentinus fecit Empedocles:

*Cunctarum rerum radices quattuor audi:*

*tylo* allatis duobus Orphei versibus subjungit: Ταῦτ'  
οὖν σκόπει, ὅτι ἀλλήλοις συμφωνεῖ, καὶ πρὸς τὰ τοῦ  
Ἡρακλείτου πάντα τείνει. « Animadvertite igitur  
quam belle hæc consentiant, et ad Heraclitea illa  
præclare referantur omnia. » Vide p. 628. COLLECT.  
Philo Judæus lib., *Quod mundus sit incorrupti-  
bilis*, pag. 958: Ἐὖ καὶ Ἡράκλειτος ἐν οἷς φησι,  
ψυχῆσι θάνατος ὕδωρ γενέσθαι· ὕδατι θάνατος γῆν  
γενέσθαι. Ψυχὴν γὰρ οἰόμενος εἶναι τὸ πνεῦμα, τὴν  
μὲν ἀέρος τελευτὴν γενέσθαι ὕδατος, τὴν δ' ὕδατος  
γῆς πάλιν γενέσθαι αἰνίττεται, θάνατον οὖ τὴν εἰς ἄπα-  
σαν ἀναίρεσιν ὀνομάζων, ἀλλὰ τὴν εἰς ἕτερον στοι-  
χεῖον μεταβολὴν· « Unde laudatur Heraclitus, dum  
ait: Animarum mors aquam fieri: aquæ mors ter-  
ram fieri. Cum enim animam opinaretur esse spi-  
ritum, aeris exitium generationem aquæ; et ex  
aqua pereunte gigni terram subindicat, non prorsus  
interire dicens elementa, sed mutari ex aliis in  
alia. »

(84) Ὡδε γεννᾶτο. Rectius vel ὧδ' ἐγεννᾶτο, vel  
ὧδε γεννᾶται. Τυγχάνοντι vero quod sequitur, Dori-  
ce positum pro τυγχάνουσι. Empedoclis secundus  
versus mox ex Plutarcho sic citatur a nonnullis:

*Πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ ἠέρος ἥπιον ὕψος.*  
SYLBURG.

(85) Ἐμπεδοκλής. Plutarchus lib. i *De placitis  
phil.* primum horum versuum profert, sed alios  
duos subjungit, in quibus nomine Jovis intelligitur  
ignis, Junonis aer, Plutonis terra, Nestis vero quæ-  
dam aquam indicat: et alibi apud eundem legitur  
in secundo ἥπιον ὕψος, sed aliis versibus subjun-  
ctis. Tertius, denique, apud Aristotelem ab aliis  
separatus reperitur. COLLECT.



*Ignem primum et aquam et terram, deinde æthera* A  
[summum.  
*Ex his præterita, et præsentia, suntque futura.*

✠ Et cum diceret Plato: « Propterea dii quoque qui norunt homines, quos plurimi faciunt, eos a vita celerius liberant: » Menander fecit:

*Dii quos amabunt, citius e vita auferent.*  
Cum autem in *Oenomaos* scriberet Euripides:  
*Obscura rebus scimus e præsentibus:*  
in *Phænice* autem:

*Obscura certis indiciis discimus;*  
dicit Hyperides: « Quæ autem sunt obscura, necesse est eos qui docent, investigare signis et iis quæ sunt probabilia. » Et cum rursus dixisset Isocrates: « Conjectanda autem sunt futura ex iis quæ prius facta sunt; » Andocides non veretur dicere: « Oportet enim iis quæ prius facta sunt, uti tanquam signis futurorum. » Præterea cum fecisset Theognis:

*Argentum reprobum atque aurum falsamve mone-*  
[tam,  
*Non ægre sapiens vir reperire queat.*  
*Mentem autem chari num pectore fallat amici*  
*Calkidus, atque intus corda dolosa tegat,*

*Hoc reprobum mage nil di dant mortalibus ægris,*  
*Nec cuiquam facile est hoc reperire tamen;*  
Euripides scribit:

*O Jupiter, cur scire nos auri quidem*  
*Voluisti aperta signa, si quod haud probum est:* C  
*At quo malus vir a bono distinguitur,*  
*Non ulla toto est medicina corpore?*

Hyperides autem ipse quoque dicit: « Nullus character animi est in vultu hominibus. » Rursus cum fecisset Stasinus:

✠ P. 747 ED. POTTER, 625 ED. PARIS.

(86) *Γέαν*. Ms. Paris. γαῖαν. In versu seq. ὅσα γ' ἦν. SYLBURG.

(87) *Διὰ πλείστου π.* II. περὶ πλείστου π. ID.

(88) *Ὅν οἱ θεοί*. Stobæus lib. cxix *De laude mortis* hoc carmen citat, et in manuscripto Reginae matris additur nomen comædiæ: *Δις ἑξαπατῶντος, Bis fallentis*, et post sententiam Æschyli ὦ θανάτῃ, jungitur hæc, quæ ab impresso abest, ὕψαλον.

*Νέος δ' ἀπόλλυθ' ὄντινα φιλεῖ Θεός, vel φιλέει.* D  
Plutarchus ad Apollonium et auctor *Axiuchi* apud Platonem pag. 368 laudant illud ejusdem argumenti:

*Τὸν πέρι κῆρι φιλεῖ Ζεὺς τ' αἰγίολος καὶ Ἀπόλλων,*  
*Παντοίῃ φιλότῃτ' οὐδ' ἔκετο γήραος οὐδόν.*  
*Jupiter hunc totis animis, hunc Phæbus amabat,*  
*Ille tamen justî metas non attigit avi.*

Simile denique illud Sapient. iv, 14: « Consummatus in brevi explevit tempora multa. Placita enim erat Deo anima illius. » COLLECT.

(89) *Εὐριπίδου*. Ms. Paris., *Εὐριπίδους*, et statim *τεκμαιρόμεθα*.

(90) *Τεκμαιρόμεσθα*. Theodoretus *De curat. Græc.* lib. 6. Persuaderique vobis sinite ab Euripide trægœdiarum scriptore, qui sic in *Oenomaos* suo canit:  
*Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τὰ φανέες*  
*Præsentibus rebus ea, quæ nos latent conjicimus.*

*Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γέαν* (86), ἢ δ' αἰθέρος ἀπλε-  
[τον ὕψος.  
*Ἐκ γὰρ τῶν, ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἔσσειται, ὅσα*  
[τ' ἔασσιν.

Καὶ Πλάτωνος μὲν λέγοντος, « Διὰ τοῦτο καὶ θεοὶ, τῶν ἀνθρώπων ἐπιστήμονες, οὓς ἂν διὰ πλείστου ποιῶνται (87), θᾶπτον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν. » Μένανδρος πεποίηκεν,

*Ὅν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος* (88).  
*Εὐριπίδου* (89) δὲ ἐν μὲν τῷ *Οἰνομάῳ* γράφοντος,  
*Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τὰ φανῆ* (90)  
ἐν δὲ τῷ *Φόινικι*,

.... *Τὰ φανῆ τεκμηροῖσιν εἰκότως ἀλλίσκεται* (91).  
*Ἵπερίδης* λέγει, « Ἄ δ' ἐστὶν ἀφανῆ, ἀνάγκη διδάσκοντας τεκμηροῖς καὶ τοῖς εἰκόσι ζητεῖν. » Ἴσοκράτους τε αὖ εἰπόντος, « Δεῖ δὲ τὰ μέλλοντα τοῖς προγεγενημένοις τεκμαίρεσθαι. » Ἀνδοκίδης οὐκ ἔκνεε λέγειν: « Χρὴ γὰρ τεκμηροῖς χρῆσθαι τοῖς πρότερον γενομένοις περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. » Ἐτι Θεόγνιδος ποιήσαντος,

*Χρυσοῦ κιβδήλοιο καὶ ἀργύρου ἄσχετος ἄτη,*  
*Κύρνε* (92), καὶ *ἐξευρεῖν ῥάδιον ἀνδρὶ*  
[σοφῷ (93).  
*Εἰ δὲ φίλου νέος ἀνδρὸς ἐνὶ στήθεσσι λέληθε,*  
*Ψεδνός* (94) *ἔων, δόλιον δ' ἐν φρεσὶν ἦτορ*  
[ἔχει,  
*Τοῦτο Θεός κιβδηλότατον ποίησε βροτοῖσιν,*  
*Καὶ γνῶναι πάντων τοῦτ' ἀνηρότερον* (95).

*Εὐριπίδης* μὲν γράφει.  
*Ὡ Ζεῦ* (96), *τί δὴ* (97) *χρυσοῦ μὲν, ὃς κιβδη-*  
[λος ἦν,  
*Τεκμηροῖ ἀνθρώποισιν ὅπασας σαφῆ*  
*Ἀνδρῶν δ' ὅτι χρὴ τὸν κακὸν διειδέσθαι*  
*Οὐδεὶς χαρακτήρ ἐμπέφυκε σώματι;*  
*Ἵπερίδης* δὲ καὶ αὐτὸς λέγει. « Χαρακτήρ οὐδεὶς ἐπεστιν ἐπὶ τοῦ προσώπου τῆς διανοίας τοῖς ἀνθρώποις. » Πάλιν Στασίνου ποιήσαντος,

Rursus idem in *Phænissis*:  
*Ἄφανές τεκμηροῖσιν εἰκόσιν ἀλλίσκεται.*  
*Quod latet, conjecturis congruentibus deprehenditur.*  
COLLECT.

(91) *Τὰ φανῆ*. Hanc sententiam in versus hoc modo digessit Grotius *Excerpt.* p. 415:

.... *Τὰ φανῆ*  
*Τεκμηροῖσιν εἰκότως ἀλλίσκεται.*  
.... *Inaspicuum quod est*  
*Per signa credibilia venari decet.*

(92) *Κύρνε*. Ms. Paris. κύρσαι, sed ad marg. *Κύρνε*.  
(93) *Χρυσοῦ*. Exstant hi versus inter Theognidis *Gnom. Eleg.* v. 119, ubi αἰσχετος pro ἄσχετος.

(94) *Ψεδνός*. Q. c. ψυχρός, SYLBURG; Ms. Paris. ψυχρός, sed aliquis in marg. ψεδνός scripsit.

(95) *Ἄνηρότερον*. Ms. Paris. ἀνιαρότατον. Theologis ἀνηρότατον. Mox ms. Paris. *Εὐριπίδης* μὲν γὰρ γράφει. Respicit vero auctor Euripidis *Medeam* v. 516.

(96) *Ὡ Ζεῦ*. Locus indicatur a Stobæo, lib. II *De malitia*, ex Euripidis *Medea*, legiturque: *Ὡ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ*. De versu Stasini vide Suidam in voce *Νήπιος*. Sophoclis locus apud ipsum habet καὶ πατρὸς κεκευθότων. COLLECT.

(97) *Δή*. Edit. Flor. et ms. Paris. δῆτα. Statim ἦ pro ἦν Euripides habet: sed Stobæus ἦν retinet, hunc versum citans in serm. 2.



Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνων, παῖδας καταλείπει (98). A  
 Ξενοφῶν (99) λέγει: « Ὁμοίως γὰρ μοι νῦν φαίνομαι πε-  
 ποιηκέναι, ὡς, εἴ τις πατέρα ἀποκτείνας, τῶν παίδων αὐ-  
 τοῦ φείσαιο. » Σοφοκλέους τε ἐν Ἀντιγόνη ποιήσαντος,  
 Μητρός τ' (1) ἐν ἄδου καὶ πατρὸς τετευχότων,  
 Οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις ἀναβλάσται (2) ποτέ·  
 Ἡρόδοτος λέγει: « Μητρός (3) καὶ πατρὸς οὐκ ἔτ'  
 ζώντων, ἀδελφὸν ἄλλον οὐχ ἔξω. » Πρὸς τούτοις Θεο-  
 πόμπου (4) ποιήσαντος·

Δις παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῶ τῷ λόγῳ·  
 καὶ πρό γε τούτου, Σοφοκλέους ἐν τῷ Πηλεΐ·

Πηλέα τὸν Αἰάκειον (5) οἰκουρὸς μόνῃ  
 Γερονταγωγῷ ἀναπαιδεύω πάλιν·

Πάλιν γὰρ αὐθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνὴρ·

Ἀντιφῶν ὁ ῥήτωρ λέγει: « Γηροτροφία γὰρ προσέοικε  
 παιδοτροφία. » Ἀλλὰ καὶ ὁ φιλόσοφος Πλάτων (6), B  
 « Ἄρ', ὡς εἰκεν, ὁ γέρον δὲ παῖς γένοιτ' ἄν. »  
 Ναὶ μὴν Θουκυδίδου λέγοντος, « Μαραθωνῖται μόνοι  
 προκινδυνεύσαι (7)· » Δημοσθένης εἶπεν· « Μὰ τοὺς  
 ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας. » Οὐδὲ ἐκεῖνα πα-  
 ραπέμφομαι· Κρατίνου ἐν Πυτίνῃ (8) εἰπόντος·

Τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γινώσκετε·

Ἄνδοκίδης ὁ ῥήτωρ λέγει: « Τὴν μὲν παρασκευὴν,  
 ᾧ ἄνδρες δικασταί, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν  
 τῶν ἐμῶν σχεδόν τι πάντες εἴσεσθε. » Ὁμοίως καὶ  
 Νικίας ἐν τῷ πρὸς Λυσίαν ὑπὲρ καταθήκης (9),  
 « Τὴν μὲν παρασκευὴν καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἀν-  
 τιδίκων ὀρᾶτε, ᾧ ἄνδρες δικασταί, » φησὶν. Καὶ

✠ P. 748 ED. POTTER, 625-626 ED. PARIS.

(98) Κτείνων... καταλείπει. Αἱ κτείνας... κατα-  
 λείπει, non male. Non absimile est illud Homeri de  
 Oreste, *Odyss.* Γ :

Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι  
 Ἄνδρος.

*Sic juvat occiso natum genitore relinqui.*

(99) Ξενοφῶν. Memoria lapsu Xenophonti tri-  
 buit, quæ sunt Herodoti lib. 1.

(1) Μητρός τ'. Antigones Sophocleæ dictum in  
 cognomine tragœdia v. 1028, ubi Μητρός δ' exstat,  
 et mox κεκευθότων pro τετευχότων.

(2) Ὅστις ἀναβλάσται. Forte ὅστις ἂν βλάστη.  
 SYLBURG. Scribendum potius ὅστις ἂν βλάσται, quod  
 habet Sophocles.

(3) Μητρός. Hæc dicit uxor Intaphernis, quæ  
 maluit fratrem, quam maritum et liberos, a  
 morte servare, Herodot. lib. III, cap. 119 : Ἄνθρω-  
 πὸν μὲν μοι ἂν ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι, καὶ  
 τέκνα ἄλλα, εἰ ταῦτα ἀποθάλοιμι· πατρὸς δὲ καὶ  
 μητρός οὐκ ἔτι μευ ζώντων, ἀδελφεὸς ἂν ἄλλος οὐδὲ  
 ἐνὶ τρόπῳ γένοιτο. « Maritus mihi alius, si demon  
 voluerit, atque alii liberi, si hos amiserō, esse pos-  
 sunt: alius frater, patre et matre jam vita defunctis,  
 nulla ratione potest esse. »

(4) Θεοπόμπου. Senarius est Theopompi forte  
 comici, « Pueros senes bis esse recte dicitur. »  
 Plato lib. 1, *De republ.* : Οὐ μόνον ἄρ', ὡς εἰκεν,  
 ὁ γέρον δὲ παῖς γένοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθεὶς.  
 « Non solum igitur senex, ut videtur, bis erit puer,  
 sed ipse etiam temulentus. » Quem locum hic  
 indicari forte affirmare possis. Erasmus in prover-  
 bio, « Bis pueri senes, » multa similia ex aliis au-  
 ctoribus cum istis numerat, itaque reddit iambicis  
 hæc Sophoclea :

*Ego Peleum Æaco satum pueri invicem*

*Senem puella moderor, atque tempero.*

*Nam iterum puer, quisquis senescit, redditur.*

COLLECT.

*Stultus qui natos occiso patre relinquit,*

dicit Xenophon : « Mibi enim videor similiter nunc  
 fecisse, atque si quis, patre occiso, ejus filiis pe-  
 percerit. » Et cum Sophocles fecisset in *Antigone*.

*Nam cui pater materque non superstites,*

*Quis fratrem ab illis alterum exspectaverit ?*

dicit Herodotus : « Nam cum mater et pater ✠ non  
 sint amplius, fratrem non habebō. » Ad hæc cum  
 dixisset Theopompus :

*Bis pueri senes recta ratione,*

et ante eum Sophocles in *Peleo* :

*Natum Æaci nunc sola servo in ardivus,*

*Senemque curo, nutrio, et formo quasi :*

*Bis quippe puer est, vulgo ut inquitur, senex,*

dicit orator Antipho : « Senis enim nutritio est  
 similis educationi pueri. » Quin etiam philosophus  
 quoque Plato : « Senex ergo, ut videtur, bis fuerit  
 puer. » Porro autem cum dicat Thucydides : « Et  
 soli Marathonitæ periculum adisse : » dicit De-  
 mosthenes : « Per eos qui Marathone periculum  
 adierunt. » Sed nec illa omittam, quod cum Cra-  
 tinus dixisset in *Pætime* :

*Apparatum quidem fortasse cognoscitis*

dicit orator Andocides : « Apparatum quidem, o  
 iudices, vehemensque animi studium et contentio-  
 nem adversariorum meorum omnes propemodum  
 scitis. » Similiter etiam Nicias in oratione de de-  
 posito, adversus Lysiam : « Apparatum quidem ad-  
 versariorum, et animi studium et contentione: ✠

(5) Αἰάκειον. Ms. Paris. Αἰάκιον, et in vers. seq.  
 καὶ ἀναπαιδεύω solute.

(6) Πλάτων. Plato sub finem lib. 1. *De legibus*,  
 p. 782 : Οὐ μόνον ἄρ', ὡς εἰκεν, ὁ γέρον δὲ παῖς  
 γένοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθεὶς. « Non solum igitur  
 senex, ut videtur, bis erit puer, sed ipse etiam  
 temulentus. »

(7) Μαραθωνῖται μόνοι προκινδυνεύσαι. Leg.  
 Μαραθωνῖται μόνοι προκινδυνεύσαν, aut imperfecta  
 est constructio. SYLBURG. Scribendum potius Μα-  
 ραθωνί τε μόνοι προκινδυνεύσαι. Sunt enim hæc  
 ipsa Thucydidis verba lib. 1, cap. 75, ubi Athe-  
 nienses sic de se gloriantur : Φαμέν γὰρ Μαρα-  
 θωνί τε μόνοι προκινδυνεύσαι τῷ βαρβάρῳ. « Prædi-  
 camus enim nos solos olim in campis Marathonis  
 magno cum periculo adversus barbarum pugnasse. »  
 Hinc Demosthenes in oratione quadam ad pop.  
 Athen. juravit μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι π.

(8) Ἐν Πυτίνῃ. Rectius ἐν Πυτίνῃ, ut ter apud  
 Athenæum citatur. Est autem πυτίνη, lagena vimine-  
 nea, seu vimine circumsepta, ut Hesychius et Sui-  
 das testantur. Alii pineum doliolum esse putant.  
 SYLBURG. — Scribendum Πυτίνῃ, *Pytine*, seu vase  
 vinario. Citatur ab Athenæo lib. III et V. Cratinus  
 ἐν Πυτίνῃ, quod nomen est ejus comœdiæ cujus-  
 dam, ut vulgata etiam docent lexica ex Aristo-  
 phane, sed quod vir doctus addit, vinarium doliolum  
 esse picatum, videtur istud confundere cum altero  
 vocabulo πυτίνη, quod picam significat. Hesy-  
 chius : Πυτίνη πλεκτηὶ λάγυρος, ἢ ἀμῖς, ἢ κνήκος ὁ  
 τὸν τυρὸν πηγνύων. Inde Glossarium πητόα, « coa-  
 gulum. » Suid. : Πυτίνη, πλέγμα ἀπὸ θαλλῶν, ὅπερ  
 Διοτρέφης ὁ νεόπλοτος ἐπλεξε, ὅπερ παρ' ἡμῶν λέ-  
 γεται φλασχίον. Vas ergo est vinarium plexis vimini-  
 bus obductum, forte vitreum, qualia Diotrepes  
 ille solebat contexere, unde ad tantas opes emer-  
 sit, ut etiam φίλαρχος fieret. COLLECT.

(9) Ὑπ. καταθ. Forte ὑπὲρ παρακαταθήκης. SYLB.



videtis, iudices. » Et post eum dicit Æschines : « Apparatum quidem, o viri Athenienses, et veluti instructam **266** aciem videtis. » Rursus cum dixisset Demosthenes : « Quantum quidem, o Athenienses, fuerit in hac causa studium, et quam sollicita postulatio ac prehensatio, existimo vos omnes propemodum sensisse : » et Philinus similiter : « Quantum quidem fuerit, o iudices, studium, et qualis veluti aciei instructio et adornatio in hac causa dicenda, neminem vestrum ignorare existimo. » Rursus cum dixisset Isocrates : « Perinde ac si esset pecuniæ cognata, non illius ; » Lysias dicit in *Orphicis* : « At manifeste apparuit, eum non esse cognatum corporum, sed pecuniæ. » Nam cum Homerus quoque fecisset,

*Quod si evitato hoc bello mortisque periculo,*

*Essemus senii expertes mortisque futuri,  
 ✕ Non inter primos vellem hancce capessere pugnam,  
 Prælia sed nec ego te nunc præclara juberem  
 Indugredi; verum, innumeras cum sæva pararint  
 Mortis fata vias, quæ impendent, posse caveri  
 Nec datur, insignis nobis age fama paretur  
 Pugna, aut ex nobis alii ingens gloria detur,*

scribit Theopompus : « Nam si cum præsens quidem vitassemus periculum, liceret reliquum tempus secure transigere, non esset mirandum si vitæ essemus cupidi. Nunc autem vitæ nostræ tot fatalia imminet pericula, ut mortem in prælio oppetere, videatur esse magis optandum. » Quid vero? an non cum Chilo quoque sophista dictum illud enuntiasset : « Sponde, noxa præsto est ; » Epicharmus eandem sententiam alio nomine protulit, dicens : « Sponsio est noxæ filia, sponsio vero mulctæ? » Quin etiam cum medicus scripsisset Hippocrates : « Respicere oportet tempus, et regionem, et ætatem, et morbos ; » dicit Euripides in hexametro :

*Qui volunt mederier  
 Ut unaquaque poscit urbs et incolæ,  
 Hos terram oportet nosse, sic morbo manus  
 Demum admovere.*

✕ P. 749 ED. POTTER, 626-627 ED. PARIS.

(10) *Τὴν μὲν παρασκ.* E principio orationis κατὰ Κτησιφώντος, ubi vox ἄνδρες omittitur.

(11) *Φιλῖνος.* Ms. Paris. Φίλιμος.

(12) *Ἦ πέπον.* Verba Sarpedonis ad Glaucum *Iliad.* M', v. 522.

(13) *Στέλλοιμι μάχην ἐς κ.* Ms. Paris. στελοῖμην μάχην ἐς κ.

(14) *Ἴωμεν· εἰ κέ τῳ εὖχος.* Scribendum potius ex Homero, Ἴομεν, ἢ ἐ τῷ κῦδος. Sylburgius ait : Vulgata lectio *Iliad.* M', ἦ ἐ τῳ, εἰ i. e. ἦ τινα, εἰ vel alicui. » Locum vero hunc cum aliis quibusdam inde mutuatis confert Petrus Victorius *Var. lect.* lib. xv, c. 41. »

(15) *Τί δέ; οὐχί.* Ms. Paris. τί δ' οὐχί. De Chilonis apophthegmate conf. superius *Strom.* I, pag. 354.

(16) *Ἐγγύα.* Metrum postulare videtur :

*Ἐγγύα*

*Ἄτας μὲν θυγάτηρ, ἐγγύα δὲ ζαμία.*

SYLBURG.—Sed melius hunc versum correxit Grotius *Excerpt.* p. 481.

*Ἐγγύα θυγάτηρ μὲν ἄτας, ἐγγύας δὲ ζαμία.*

*Sponsio furia, jactura sponsionis filia est.*

(17) *Ἐν ἑξαμέτρῳ τηρήσει φησίν.* Corrupte. Th. Gatakerus scribi voluit, ἐν Βελλεροφόντῃ ῥησὶς φησίν, εἰ in *Bellerophonte* clare dicit. » Verum Jo. Meursius in Euripide, dicit commemorari apud Sto-

μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης λέγει· « Τὴν μὲν παρασκευὴν (10) ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν παράταξιν. » Πάλιν, Δημοσθένους εἰπόντος, « Ὅση μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σπουδὴ περὶ τούτου τὸν ἀγῶνα καὶ παραγγελία γέγονε, σχεδὸν οἶμαι πάντας ὑμᾶς ἠσθησθαι. » Φιλῖνός (11) τε ὁμοίως, « Ὅση μὲν, ὦ ἄνδρες δικασταί, σπουδὴ καὶ παράταξις γεγένηται περὶ τὸν ἀγῶνα τούτου, οὐδ' ἓνα ὑμῶν ἀγνοεῖν ἔχομαι. » Ἰσοκράτους πάλιν εἰρηκότος, « Ὡσπερ τῶν χρημάτων, ἀλλ' οὐκ ἐκείνου συγγενῆς οὔσα. » Λυσίας ἐν ταῖς Ὀρφικοῖς λέγει· « Καὶ φανερός γέγονεν οὐ τῶν σωμάτων συγγενῆς ὢν, ἀλλὰ τῶν χρημάτων. » Ἐπεὶ καὶ Ὀμήρου ποιήσαντος·

B Ὡ πέπον (12), εἰ μὲν γὰρ, πόλεμον περὶ τόνδε  
 [φυγόντε,

*Αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγῆρω τ' ἀθανάτω τε  
 Ἐσσεσθ', οὔτε κεν αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μαχοίμην,  
 Οὔτε κέ σε στέλλοιμι μάχην ἐς (13) κυδιάνειραν·  
 Νῦν δ' ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφροσάσιν θανάτοιο  
 Μυρίαί, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτῶν οὐδ' ὑπα-  
 [λύξαι·*

*Ἴωμεν εἰ κέ τῳ εὖχος (14) ὀρέξομεν, ἢ ἐ τις ἡμῖν·*  
 Θεόπομπος γράφει· « Εἰ μὲν γὰρ ἦν, τὸν κίνδυνον τὸν παρόντα διαφυγόντας, ἀδεῶς διάγειν τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, οὐκ ἂν ἦν θαυμαστὸν φιλοφυγεῖν· νῦν δὲ τοσαῦται κῆρες τῷ βίῳ παραπεφύκασιν, ὥστε τὸν ἐν ταῖς μάχαις θάνατον αἰρετώτερον εἶναι δοκεῖν. » Τί δέ; οὐχί (15) καὶ Χίλωνος τοῦ σοφιστοῦ ἀποφθεγξαμένου, « Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα. » Ἐπίχαρμος τὴν αὐτὴν γνώμην ἐτέρῳ ὀνόματι προηνέγκατο, εἰπὼν· « Ἐγγύα ἄτας θυγάτηρ, ἐγγύα δὲ ζαμίας (16); » Ἀλλὰ καὶ τοῦ ἱατροῦ Ἰπποκράτους, « Ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ ὥρην καὶ χύρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νοῦσους, » γράφοντος· Εὐριπίδης ἐν ἑξαμέτρῳ τηρήσει φησίν (17)·

*Ὅσοι δ' ἰατρεύειν καλῶς,  
 Πρὸς τὰς διαίτας τῶν ἐνοικούντων πόλιν,  
 Τὴν γῆν ἰδόντας, τὰς νόσους σκοπεῖν χρεῶν.*

hæum serm. 13 ejus poetæ *Τηρέα*, ac putat corruptum hoc nomen esse apud Clementem. « Nam quid, quæso, inquit, est ἐν ἑξαμέτρῳ τηρήσει, εἰ in hexametro servabit? » Rescripserim equidem ἐν ἑξαμέτρῳ *Τηρεῖ*, εἰ in hexametro *Tereo*. » Sed quid illud ἐν ἑξαμέτρῳ, εἰ in hexametro? » Plane non capio, ampliusque quærendum censeo. » Hæc ille. Forte scribendum : Εὐριπίδης ἐν ἑξαμέτρῳ, *Τηροῦσι* (vel *Θέλουσι*), φησίν, εἰ Euripides in hexametro : *Qui volunt*, inquit : » ut illud *τηροῦσι* sit ipsius Euripidis vox, et ad sequens *ιατρεύειν* referatur. Sed quid erit illud ἐν ἑξαμέτρῳ, εἰ in hexametro? » Scilicet « in » versu iambico « senario, » qui ἑξ μέτροις, εἰ sex pedibus, » constat. Equidem *τηροῦσιν* illud, vel *θέλουσι*, quod in his versibus desiderari vidit, Sylburgius hoc modo supplevit :

*Ὅσοι δ' ἰατρεύειν θελήσουσιν καλῶς.*

Nec multo aliter Grotius in *Excerpt.* p. 425 :

*Ὅσοι θέλουσ' ἰατρεύειν καλῶς,  
 Πρὸς τὰς διαίτας τῶν ἐνοικούντων πόλιν,  
 Καὶ γῆν ἰδόντας, τὰς νόσους σκοπεῖν χρεῶν.*

*Quotquot rite medicari volunt,*

*Spectare debent ipsa terrarum sola,*

*Populique victum : ferre sic morbis opem.*

Verum hujusmodi conjecturæ, miss. codicibus opem non ferentibus, admodum incertæ fallacesque sunt.



Ὁμήρου πάλιν ποιήσαντος :

Μοῖραν δ' οὐ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν·  
ὅ τε Ἀρχίνος λέγει : « Πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν, ἢ πρότερον ἢ εἰς ὕστερον. » ὅ τε Δημοσθένης : « Πᾶσι μὲν γὰρ ἀνθρώποις τέλος τοῦ βίου θάνατος (18), καὶ ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῆ. » Ἡροδότου τε αὖ ἐν τῷ περὶ Γλαύκου τοῦ Σπαρτιατοῦ λόγῳ φησαντος τὴν Πυθίαν εἰπεῖν, « Τό τε ῥησθῆναι τοῦ Θεοῦ (19) καὶ τὸ ποιῆσαι ἴσον γενέσθαι. » Ἀριστοφάνης ἔφη :

Δύναται γὰρ ἴσον τῷ δρῶν (20) τὸ νοεῖν·

καὶ πρὸ τούτου ὁ Ἐλεάτης Παρμενίδης : « Τὸ γὰρ αὐτὸ νοεῖν ἐστὶ τε καὶ εἶναι. » Ἡ οὐχὶ καὶ Πλάτωνος εἰπόντος : « Ἡμεῖς δὲ τοῦτο δεῖξομεν ἂν ἴσως οὐκ ἀτόπως, ὅτι ἀρχὴ μὲν ἔρωτος ὄρασις· μεῖοι (21) δὲ τὸ πάθος ἐλπίς, τρέφει δὲ μνήμη, τηρεῖ δὲ συνήθεια. » Φιλήμων ὁ κωμικὸς γράφει :

Ὅρῳσι πάντες πρῶτον· εἶτ' ἐθαύμασαν,  
εἶτ' ἐπεθεώρησαν, εἶτ' ἐς ἐλπίδα ἐνέπεσαν (22).  
οὕτω γίνεται ἐκ τούτων ἔρως;

Ἀλλὰ καὶ Δημοσθένους εἰπόντος : « Πᾶσι γὰρ ἡμῖν ὁ θάνατος ὀφείλεται, » καὶ τὰ ἐξῆς ὁ Φανοκλῆς (23) ἐν Ἐρωσιν ἢ Καλοῖς γράφει :

Ἀλλὰ τοι Μοιράων νῆμι ἄλυτον, οὐδέ περ' ἐστίν  
Ἐκφυγέειν, ὅποσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα (24).

Εὐροῖς (25) δ' ἂν καὶ Πλάτωνος εἰπόντος : « Παντὸς γὰρ φυτοῦ ἢ πρώτη βλάστη, καλῶς ὀρμηθεῖσα, πρὸς ἀρετὴν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, κυριωτάτη τέλος ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον. » τὸν ἱστορικὸν γράφοντα : « Ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγρίων φυτῶν οὐθ' ἐν ἡμεροῦσθαι πέφυκεν,

✱ P. 750 ED. POTTER.

(18) Πᾶσι ... θάνατος. Q. Πέρασ μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις τοῦ βίου πέφυκε θάνατος. SYLBURG.

(19) Τό τε ῥησθῆναι τοῦ Θεοῦ. Forte ῥησθῆναι, « dictum esse, » vel active εἰρηχέναι, « dixisse : » ut allusio sit ad illud S. Scripturæ : Εἶπε, καὶ ἐγένετο. Cui respondet Latinum proverbium : « Dictum factum. » Aut νοηθῆναι, vel active νοῆσαι, seu ἐννοῆσαι. SYLBURG. — Verum hic fallitur Sylburgius : nam τὸ ῥησθῆναι τοῦ Θεοῦ corruptum est ex τὸ πειρηθῆναι τοῦ Θεοῦ, « tentasse Deum. » Nam Herodotus lib. vi, c. 86, quem locum hic respicit Clemens, refert, Glaucō interroganti : An sibi depositum non reddere liceret? Apollinem Delphicum certis versibus respondisse, quibus prædixit fore, ut Glaucus propter impietatem suam cum tota familia misere perderetur. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Γλαῦκος συγγνώμην τὸν Θεὸν παραίτεστο αὐτῷ ἴσχειν τῶν ῥηθέντων. Ἡ δὲ Πυθίη ἔφη, τὸ πειρηθῆναι τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ποιῆσαι, ἴσον δύνασθαι. « His auditis, » inquit, « Glaucus veniam sibi eorum quæ dixisset, ut daret, Deum obsecrabat. Cui Pythia, inquit, idem pollere, tentare Deum, et facere. »

(20) Τῷ δρ. Ms. Paris. mendose τὸ δρ. Porro hanc sententiam Grotius in *Excerpt.* ex incertis tabulis p. 550 sic vertit :

Nam par facere et voluisse valet.

(21) Μεῖοι. In H. ms. ad μεῖοι superne scriptum αὐξεί· non absurde : ut confirmat illud Virgilii : *Mors Nisa datur : quid non speremus amantes?*

SYLBURG. — Αὐξεί pro μεῖοι exhibet ms. Ottob.

(22) Ἐνέπεσαν. Forte ἐνέπεσον aor. 2, quod usitatius est. Quin et cætera sic videntur interpo-

A Rursus cum dixerit Homerus :

*Dico nulli homini mortem vitare licere;*

dicit Archinus : « Deberi quidem mortem omnibus hominibus, aut prius aut posterius; » et Demosthenes : « Nam omnibus quidem hominibus vitæ finis est mors, etiamsi quis seipsum servet inclusum in cavea. » Et cum dixisset Herodotus, ubi agebat de Glaucō Spartano, Pythiam dixisse : « In Deo perinde esse dicere ac facere; » dixit Aristophanes :

*Cogitare atque facere sunt idem,*

et ante eum Eleates Parmenides : « Idem est enim, mente agitare et esse. » Annon etiam ✱ cum Plato dixisset : « Nos autem hoc forte ostendemus non absurde, quod visus quidem est amoris principium : affectionem autem spes minuit, alit vero memoria, conservat autem consuetudo; » scribit Philemon comicus :

*Primo videmus, tum subit mirarier,  
Deinde contemplamur, et dein spes venit :  
Ita fit amor ex his?*

Quin etiam cum dixisset Demosthenes : « Mors enim nobis debetur omnibus, » et quæ deinde consequuntur; scribit Phanocles in libro qui inscribitur *Amores* seu *Pulchri* :

*Parcarum nemopensum effugit, haud pote quisquam. oc,  
Quotquot terra sinu divite mater alit.*

Porro autem invenies quoque quod cum Plato dixisset : « Cujusvis enim plantæ primum quod recte ortum est germen, ad suæ naturæ virtutem est præcipuum ut appositum finem imponat; » historicum scribere : « Quin etiam nulli plantæ agresti

landa :

εἶτ' ἐπεθεώρησάν τε· καὶ εἶτ' ἐς ἐλπίδα  
ἐνέπεσον· οὕτω γίνεται ἐκ τούτων ἔρως.

SYLBURG.—Hos versus Grotius in *Excerpt.* p. 777 sic emendavit :

Ὅρῳσι πάντες πρῶτον· εἶτ' ἐθαύμασαν,  
Ἐπειτα δ' ἐθεώρησαν· εἶτ' εἰς ἐλπίδα  
ἐνέπεσαν· οὕτω γίνεται ἐκ τούτων ἔρως.

*Omnes aspiciunt primum : mirari subit,  
Tum contemplari : spes succedit postea :  
Ex horum cætu postea amor enascitur.*

(23) Ὁ Φανοκλῆς. P. Leopardus lib. iv, cap. 4, *Emendat.* monet Eusebium Phanoclis meminisse in *Chronicis*, ejusque longum carmen de Orphei morte exstare apud Stobæum de vituperio Veneris. Ita demum corrigit hæc duo :

Ἀλλὰ τὸ μοιράων νῆμι ἄλυτον, οὐδέ ποτ' ἐστίν  
Ἐκφυγέειν, etc.

Id est :

*Non vitare licet, neque solvere fila sororum,  
Quotquot terræ alimus corpora muneribus.*

Cæterum sententiæ Demosthenis similem ex Euripide prodidit Stobæus tit. 117, Βροτοῖς ἅπασι καθοξαῖν ὀφείλεται. COLLECT.—Conf. superius *Protrept.* p. 52, n. 5.

(24) Ἀλλὰ τοι μ. Rectius : Ἀλλὰ τὸ μοιράων νῆμι ἄλυτον, οὐδέ ποτ' ἐστίν (seu οὐδέ ποτ' ἐστίν, ut legit P. Leopardus *Emendat.* lib. iv, c. 4.) Ἐκφυγέειν. SYLBURG. — Mox οὐδέ πως ἐστίν ἐκφυγέειν pro οὐδέ περ' ἐστίν ἐκφυγέειν, Ms. Paris.

(25) Εὐροῖς. Locus exstat apud Platonem, *De*



est a natura insitum ut mansuescat, ubi teneriorem A  
 ætatem præterierint. » Et illud Empedoclis :

*Ipsæ ego namque sui puer olim, deinde puella,  
 Arbustum, et volucris, mutus quoque in æquore piscis :*

Euripides transcribit in *Chrysippo* :

*Nihil ex illis quæ nascuntur,  
 Moritur, verum variat forma,  
 Monstratque novam.*

Et cum Plato in libris *De republica* dixisset « mu-  
 lieres esse communes, » Euripides scribit in *Pro-  
 tesilao* :

*Communis ipse seminarum sit thorus.*

Quin etiam cum scriberet Euripides :

*Quod namque satis est temperanti sufficit :*

Epicurus dicit aperte : « Sufficientia res est omnium  
 ditissima. » Et rursus cum scribat Aristophanes :

*Stabili frueris sorte, sis justus modo,  
 Vives bene expers et tumultus et metus ;*

dicit Epicurus : « Justitiæ fructus maximus est, va-  
 cuitas perturbationis. » Atque furti quidem Græco-  
 rum, quod attinet ad sententiam, species cum sint  
 ejusmodi, sufficiant ad exemplum evidens ei qui  
 potest perspicere. Jam vero quod non sententias

✕ P. 751 ED. POTTER.

*repub.* p. 765 edit. H. Steph. : Παντὸς γὰρ δὴ φυτοῦ ἢ  
 πρώτῃ βλάστῃ, καλῶς ὀρμηθεῖσα πρὸς ἀρετὴν τῆς  
 ἑαυτοῦ φύσεως, κυριωτάτῃ τέλος ἐπιθεῖναι τὸ πρόσ-  
 φορον, τῶν δὲ ἄλλων φυτῶν, καὶ τῶν ζώων ἡμέρων  
 καὶ ἀγρίων, καὶ ἀνθρώπων. « In omni stirpe si prima  
 germina præclare cœperint ad naturæ suæ virtutem,  
 vim habent summam, efficacissimamque ad oppor-  
 tunum finem consequendum, quod in plantis lit, et  
 in brutis animantibus, cum cicuribus, tum feris, et  
 in hominibus ipsis evenire videmus. » Nomen hi-  
 storici qui hunc locum furatus est, aut temporis in-  
 juria, aut librarii incuria surripuit. COLLECT.

(26) Ἐμπεδοκλέους. Exstant apud Diogenem  
 Laertium in ejus vita, et apud Athenæum in extre-  
 mo lib. viii, sed legitur utrobique καὶ ἐξ ἄλλος ἔμ-  
 πυρος ἰχθύς. Interpres Laertii :

*Plantaque et ignitus piscis, pernixque volucris.*

Dalechampius : « Et e mari coetus piscis. » Henr.  
 Stephano Clementis lectio aptior videtur. Tertullia-  
 nus lepide hoc irridet lib. *De anima*, cap. 33 : « Sed  
 enim Empedocles, quia se Deum delirarat, idcirco,  
 opinor, dedignatus est aliquem se heroum recordari :  
 Thamnus et piscis fuit, inquit. Cur non magis  
 et pepo tam insulsus, et chamæleon tam inflatus ?  
 Plane ut piscis, ne aliqua sepulturæ conditio repu-  
 tesceret, assum se maluit in Ætnam præcipitando.  
 Atque exinde in illo finita sit metensomatosis, ut  
 æstiva cœna post assum. » COLLECT.

(27) Ἦδη. His versibus Empedocles sententiam  
 suam explicat : τὴν ψυχὴν παντοῖα εἶδη ζώων καὶ  
 φυτῶν ἐνδύεσθαι. « quod anima, omnigenum anima-  
 lium atque arborum species induat. » Exstant au-  
 tem apud Cyrillum contra Julianum, Athenæum ex-  
 tremo libro octavo, et Laertium extremo Empedocle,  
*Antholog.* lib. i, tit. Εἰς φιλοσόφους, Philostratum  
*De vita Apollonii* lib. i, c. 2. In primo autem versu  
 apud nonnullos scriptum est, κόρη τε κόρος τε.  
 In secundo versu ἐξ ἄλλος ἔμπυρος ἰχθύς habet Athe-  
 næus : ubi Casaubonus adnotat, quosdam pro ἔμ-  
 πυρος, ἔμπυρος, alios ἔλλοβος legisse. « Imo, inquit,  
 multa sæcula sunt, ex quo diverse legi cœpit ille  
 versus : scribentibus aliis, καὶ ἐξ ἄλλος ἔμπυρος  
 ἰχθύς, aliis ἔμπυρος, aliis εἰν ἄλλῃ νήχυτος ἰχθύς. In-  
 veni et ἄμφορος ἰχθύς, sed, ut existimo, mendose

ὅτ' ἂν παραλλάξωσιν τὴν νεωτέραν ἡλικίαν. » Κάκεινο  
 τὸ Ἐμπεδοκλέους (26),

Ἦδη γὰρ ποτ' ἐγὼ γενόμενῃ κοῦρὸς τε κόρη τε,  
 Θάμνος τ' ὀλιωρὸς τε, καὶ εἰν ἄλλῃ ἔλλοπος ἰχθύς (27).

Εὐριπίδης ἐν Χρυσίππῳ μεταγράφει :

Θνήσκει (28) δ' οὐδὲν  
 Τῶν γινομένων· διακρινόμενον δ'  
 Ἄλλο πρὸς ἄλλο,  
 Μορφὴν ἑτέραν ἐπέδειξεν.

Πλάτωνός τε ἐν Πολιτείᾳ (29) εἰπόντος, κοινὰς εἶναι  
 τὰς γυναῖκας, Εὐριπίδης ἐν Πρωτεσιλάῳ γράφει :

Κοινὸν γὰρ εἶν' ἄρα καὶ γυναικεῖον λέχος (30).

Ἄλλ' Εὐριπίδου γράφοντος,  
 Ἐπεὶ τὰ γ' ἀρκοῦντα ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν (31)·  
 Ἐπίκουρος ἀντικρὺς φησὶ Πλουσιώτατον αὐτάρ-  
 κεια πάντων. Αὐθὶς τε Ἀριστοφάνους γράφοντος,

Βέβαιον ἔξεις τὸν βίον δίκαιος ὢν,  
 Χωρὶς τε θορύβου καὶ φόβου ζήσεις καλῶς (32) :

ὁ Ἐπίκουρος (33) λέγει· Δικαιοσύνης καρπὸς μέγι-  
 στος ἀταραξία. Αἱ μὲν (34) οὖν ἰδέαι τῆς κατὰ διά-  
 νοιαν Ἑλληνικῆς κλοπῆς, εἰς ὑπόδειγμα ἐναργῆς τῶ  
 διορᾶν δυναμένῳ, τοιαῖδε οὔσαι, ἄλις ἔστωσαν. Ἦδη  
 δὲ οὐ τὰς διανοίας μόνον καὶ λέξεις (35) ὑφελόμενοι καὶ

pro ἔμπυρος. » Laertius ἐξ ἄλλος ἔμπυρος ἰχθύς ha-  
 bet. Cyrillus φαίδιμος ἰχθύς. Et ita apud H. Ste-  
 phanum in *Collect. philosophicæ poeseos*. Sed ἔμ-  
 πυρος ἰχθύς, genuinam lectionem esse, ostendit Pe-  
 trus Petitus in *Miscellaneous observationibus*, et post  
 eum Menagius in locum Laertii jam dictum, ubi  
 alia collegit quæ ad hos versus spectant. Conf.  
 etiam Rittershusius ad Malch. p. 46.

(28) Θνήσκει. Exstant hi versus apud Philonem  
 Judæum lib. *Quod mundus sit incorruptibilis*, p. 948,  
 ubi μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξε pro μορφὴν ἑτέραν  
 ἐπ. exstat : quam lectionem sequitur Grotius in  
*Excerpt.* p. 417, ubi hos versus una cum aliis eo-  
 dem spectantibus exhibet :

Θνήσκει δ' οὐδὲν  
 Τῶν γινομένων· διακρινόμενον  
 Δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο,  
 Μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξε.  
 Quæ sunt, horum  
 Nihil emoritur : sed secretum  
 Illud ab isto,  
 Propria sub imagine paret.

(29) Πολιτεία. Nempe lib. v *De repub.* p. 655 :  
 Τὰς γυναῖκας ταύτας τῶν ἀνδρῶν τούτων πάντων πάσας  
 εἶναι κοινὰς, ἰδίᾳ δὲ μηδενὶ μηδεμίαν συνοικεῖν. « Mu-  
 lieres has horum virorum omnes omnium esse com-  
 munes, nullamque privatim habitare cum aliquo. »  
 (30) Κοινόν. Legendum vel, Κοινὸν γὰρ εἶναι καὶ  
 γυναικεῖον λέχος, vel, Κοινόν γ' ἄρ' εἶναι καὶ γυν. λ.  
 SYLBERG. — In ms. Paris. εἶναι pro εἶν' scriptum  
 est.

(31) Τὰ γ' ἀρκοῦντα ἱκ. Concinnius leg. τὰ γ' ἀρ-  
 κοῦνθ' ἱκανά, facta crasi. SYLBERG.

(32) Βέβαιον. Ex incerta comœdia. Grotius in  
*Exc.* p. 551, sic vertit :

Stabile ævum deges sectans justitiæ viam,  
 Et facile vives sine metu ac tumultibus.

Porro in secundo versu, καὶ φόβου omittit ms. Ot-  
 tob.

(33) Ἐπίκουρος. Conf. superius *Strom.* ii, pag.  
 495.

(34) Αἱ μὲν. Hæc recitat Eusebius *Præpar. Evang.*  
 lib. x, cap. 2.

(35) Λέξεις. Euseb. ms. et impress. τὰς λέξεις  
 cum articulo.



παραφράσαντες ἐφωράθησαν, ὡς δειχθήσεται (36). ἄλλὰ γὰρ καὶ τὰ φώρια (37) ἀντικρυς ὀλόκληρα ἔχοντες διελεγχθήσονται. Αὐτοτελῶς γὰρ (38) τὰ ἐτέρων ὑφελόμενοι, ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν, καθάπερ Εὐγάμων ὁ Κυρηναῖος (39) ἐκ Μουσαίου τὸ περὶ Θεσπρωτῶν βιβλίον ὀλόκληρον (40), καὶ Πίσανδρος Καμυρεὺς Πισίνου τοῦ Λινδίου τὴν Ἡράκλειαν Πανύασίς τε ὁ Ἀλικαρνασσεὺς παρὰ Κλεοφίλου τοῦ Σαμίου τὴν Οἰχαλίας ἄλωσιν. Εὐροῖς δ' ἂν καὶ Ὅμηρον, τὸν μέγαν ποιητὴν, ἐκεῖνα τὰ ἔπη,

Οἶον δὲ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης (41), καὶ τὰ ἐξῆς, κατὰ λέξιν μετενηνοχότα παρ' Ὀρφείως ἐκ τοῦ Διονύσου ἀφανισμοῦ. Ἐν τε τῇ Θεογονίᾳ ἐπὶ τοῦ Κρόνου Ὀρφεὶ πεποιήται·

Κεῖτ' ἀποδοχμῶσας παχὺν αὐχένα, καδδέμιν ὕπνος Ἥρῃ (42) πικραμάτωρ...

ταῦτα δὲ Ὅμηρος ἐπὶ τοῦ Κύκλωπος (43) μετέθηκεν. Ἡσιόδός τε ἐπὶ τοῦ Μελάμποδος ποιεῖ·

Ἦδὺ δὲ καὶ τὸ πυθέσθαι (44) ὅσα θνητοῖσιν ἔδει-

Ἀθάνατοι δειλῶν τε καὶ ἐσθλῶν τέκμαρ ἔναρ-  
[μαν  
[γές,

καὶ τὰ ἐξῆς, παρὰ Μουσαίου λαβῶν τοῦ ποιητοῦ κατὰ λέξιν. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις (45) τὰ ἐκ τῶν Κρατίνου Ἐμπιπραμένων μετενήνεγκεν ἔπη. Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Δαιδάλω, τὰ ἀλλήλων ὑφαιρούνται· τὸν μὲν τοῖ Κώκαλον, τὸν ποιηθέντα ἀραρότως τῷ Ἀριστοφάνει (46), ποιεῖ Φιλήμων ὁ κωμικὸς (47) ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ ἐκωμώδησε. Τὰ Ἡσιόδου μετέλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν Εὐμηλὸς τε καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι. Μελησαγόρου γὰρ ἐκλεψεν Γοργίας ὁ Λεοντίνος καὶ Εὐδήμος ὁ Νάξιος οἱ ἱστορικοὶ· καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Προκονήσιος Βίων, ὃς καὶ τὰ Κάδμου (48)

✠ P. 752 ED. POTTER, 629 ED. PARIS.

(36) Δειχθήσεται. Euseb. imp. et ms. δειχθήσονται, αὐτοτελῶς, omissa scilicet perscriptoris negligentia intermedia sententia, propter ὁμοιοτέλεστον verbum διελεγχθήσονται.

(37) Τὰ φώρια. Ms. Paris. mendose τὰ φωρία.

(38) Γὰρ. Euseb. ms. Joan. δέ.

(39) Εὐγάμων ὁ Κυρηναῖος. Euseb. lib. x Præparat. Evang., cap. 1, multa ex hoc libro Clementis citans legit: Εὐγράμμων ὁ Κυρηναῖος ἐκ Μουσαίου τὸ περὶ Θεσπρωτῶν βιβλίον. « Ediderunt tanquam propria, ut Eugrammon Cyrenæus ex Musæo librum integrum de Thesprotis. » Ibidem ex Porphyrio et aliis multa in hanc sententiam profert Eusebius, et quæ de Platonis, Demosthenis, Isocratis aliorumque furtis scripserint, narrat. COLLECT. — Cæterum Εὐγράμμων ὁ Κυρηναῖος ms. Joan. Idem vero auctor Εὐγάμωνα vocat in Chronico ad Olymp. 53: Εὐγάμων Κυρηναῖος ὁ τὴν Τηλεγονίαν ποιήσας ἐγνωρίζετο. « Eugamon Cyrenæus, qui Telegoniam scripsit, agnoscitur. »

(40) Ὀλόκληρον. Hactenus Eusebius Clementis verba citavit.

(41) Οἶον. Iliad. P' vers. 55.

(42) Ἥρῃ. Ms. Paris., ἥρῃ, ms. Ottob. ἦζει, utrumque mendose.

(43) Κύκλωπος. Nempe Polyphemi, Odys. ix, v. 372.

(44) Πυθέσθαι. Ms. Paris. mendose πειθέσθαι.

(45) Θεσμοφοριαζούσαις. Ms. Paris. Θεσμοφοριζούσαις.

A solum et dictiones suffurati et paraphrasticè enuntiauerint, satis planum est, et ostendetur. Quii et furta commisisse integra arguentur. Nam cum quæ erant aliorum, tota omnino surripuissent, enuntiarunt tanquam propria: ut Eugamon Cyrenæus, ex Musæo librum integrum de Thesprotis, et Pisander Camireus Pisini Lindii *Heracleam*, et Panyasis Halicarnasseus a Cicophilo Samio *OEchaliæ captivitate*. Homerum quoque invenias magnum illum poetam, illos versus,

Atque ut vir nutrit ramum viridantis oliuæ, et quæ deinceps consequuntur, ad verbum transtulisse ex Orpheo de extincto Baccho. Et quæ ab Orpheo in *Theogonia* facta sunt de Saturno,

Atque is obliquus crassa cervice jacebat,

B Ut quem cuncta domans jam somnus ceperat, ea Homerus transtulit ad Cyclopem. Hesiodus autem facit de Melampode:

267 Facta autem a superis quæ sunt audire libenter  
Par homines: pravi atque boni clarissima sunt hæc signa,

et quæ deinceps consequuntur, quæ ad verbum accepit a Musæo poeta. Aristophanes autem in primis *Thesmophoriazasis* versus ✠ transtulit ex comædia Cratini cui nomen *Empiprameni*, id est, *Exusti*. Plato autem comicus et Aristophanes in *Dædalo*, sua sibi invicem surripiunt. *Cocalum* autem qui apte factus fuerat a poeta Aristophane comicus *Philemon*, cum eum paululum immutasset, egit in comædia quæ *Υποβολιμαῖος* inscribitur, id est, *Suppositus*. Hesiodi autem carmina in solutam transmutata orationem, ediderunt tanquam sua, Eumelus et Acusilaus historiographi: a Melesagora autem est suffuratus Gorgias Leontinus et Eudemus Naxius

(46) Τὸν μὲν τοῖ Κώκαλον τὸν ποιηθέντα ἀραρότως τῷ Ἀριστοφάνει, π. Cl. Casaubonus ad Athenæi lib. iii, c. 9, hæc adnotavit: « Araros, poeta comicus ab Athenæo citatus, filius fuit Aristophanis. Nomen illius sæpe corruptum ab imperitis hominibus: ut apud Pollucem lib. vi, c. 8: Ἐῖρηκε τὸ χορτάζειν Ἀριστοφάνης, καὶ τὸ χορτάζεσθαι ἀραρός. Scribendum Ἀραρός. Item inepta et absurda Clementis lectio sic corrigenda: Τὸν μὲν τοῖ Κώκαλον τὸν ποιηθέντα Ἀραρότι τοῦ Ἀριστοφάνους υἱεῖ Φιλήμων ὁ κωμικὸς ἐν Ὑποβ. Clarissima sententia etsi de auctore ejus fabulæ aliter sentiunt alii. Non enim filio Araroti, sed patri Aristophani *Cocalum* ascribunt. In vita Aristophanis: Πρῶτος δὲ καὶ τῆς νέας κωμωδίας τὸν τόπον ἐπέδειξεν ἐν τῷ Κωκάλω, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν λαβόμενοι Μένανδρος τε καὶ Φιλήμων ἐδραματούργησαν. Quibus verbis confirmari vides, quæ dixerat Clemens de Philemonis furto. »

(47) Ὁ κωμικὸς. Nisi post has voces subaudiatur copulativa conjunctio, ποιεῖ, quod præcedit, superfluum est. SYLBURG.

(48) Κάδμου. Sex Cadmos enumerat Annii Viterbiensis Pseudo-Xenophon in libello *De æquivocis*: quorum primus Phœnicus, cui Græcarum literarum inventionem plerique tribuunt; postremus, Cadmus Milesius, qui prosam orationem condere primus instituit, teste Plinio lib. v, c. 29, et Solino cap. 40. Idem vero Plinius lib. vii, c. 56: « Prosam, » inquit, « orationem condere Pherecydes Syrius instituit, Cyri regis ætate; historiam Cadmus Milesius. » Strabo lib. i, p. 18, ait primos omnium poetas scri-



historici, et præterea Bion Proconnesius, qui etiam veteris Cadmi scripta transcripsit, eaque in compendium redegit : et Amphilocho et Aristocles, et Leandrius, et Anaximenes, et Hellanicus, et Hecataeus, et Androtion, et Philochorus. Diuchidas autem Megaricus, orationis principium ex Hellanici *Deucalionia* traduxit. Taceo Heraclitum Ephesium, qui plurima ab Orpheo accepit. A Pythagora autem immortalem esse animam traxit Plato : illi vero ab Ægyptiis. Multi quoque Platonici scripta litteris mandavere, quibus ostendunt, ut in principio diximus, et Stoicos, et Aristotelem plurima et præcipua dogmata sumpsisse a Platone. Quin etiam Epicurus a Democrito præcipua surripuit decreta. Atque hæc quidem ita se habeant : vita enim me deficiet si velim sigillatim persequi Græcorum furta a nimio sui amore profecta, et quemadmodum pulcherrimorum quæ sunt apud ipsos decretorum sibi vindicant inventionem, quam a nobis acceperunt.

### CAPUT III.

*Quod Græci multa ab Hebræis sint furati ex eo probat quod miracula in sacris litteris tradita in suas historias et fabulas mythologicas transtulerint.*

Jam vero non solum convincuntur a barbaris dogmata surripere sua, sed et imitari quæ apud nos divina virtute ab iis qui sancte vixerunt dum nostri curam gerunt, fiebant admirabiliter et præter opinionem, eaque tanquam Græcas fabulas prodigiose narrantes. Atque eos quidem rogabimus, verane ea quæ scribunt esse dicant, an falsa. Sed falsa quidem non dicent, non enim seipsos sua quidem sponte maxime damnabunt ✕ stultitiæ, quod falsa scribant, sed vera esse confitebuntur. Et quomodo eis adhuc videntur incredibilia, quæ per Moysen et alios prophetas facta sunt miracula? Omnium enim hominum curam gerens Deus omnipotens, alios quidem præceptis, alios vero minis, et nonnullos quidem signis prodigiosis, aliquos vero benignis convertit ad salutem promissis. Verum enimvero cum diuturna siccitas Græciam aliquando affligeret, et fructuum esset maxima sterilitas, qui remanserant, inquirunt, propter famem Delphos supplices venientes, rogarunt Pythiam, quomodo liberarentur a tam gravi calamitate. Ea respondit, calamitatis unum esse remedium, si

✕ P. 753 ED. POTTER, 630 ED. PARIS.

bendo laudem meruisse, deinde Cadmum, Pherecydem, Hecataeum metri numeros solvisse, reliqua poeticæ dictionis servasse. Suidas refert, Cadmum, Pandionis filium, Milesium, de urbis patriæ aedificatione, deque tota Ionia quatuor libros scripsisse : et nonnullis Cadmum hunc videri Orpheo paulo juniorem. At Josephus lib. 1 *contra Apionem* ait, Cadmum Milesium paulum præcessisse τῶν Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατείας, ἢ Persarum contra Græcos expeditionem.

(49) *Οἱ δέ.* Referendum ad Pythagoram et Platonem : aut singulariter legendum ὁ δέ, nempe Pythagoras. SYLBURG. — Conf. paulo infra p. 635 edit. Paris, et quæ ibi adnotanda sunt.

(50) *Ἐπιλείψει.* Hæc transtulit Eusebius in *Præparat. Evangel.* lib. x, c. 11. Ubi statim πειρώμην προ αἰροίμην cod. impress. et ms.

Α τοῦ παλαιοῦ μετέγραψε κεφαλαίουμενος· Ἀμφιλοχὸς τε καὶ Ἀριστοκλῆς, καὶ Λέανδρος, καὶ Ἀναξιμένης, καὶ Ἑλλάνικος, καὶ Ἐκαταῖος, καὶ Ἀνδροτίων, καὶ Φιλόχορος· Διευχίδας τε ὁ Μεγαρικὸς, τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ἐκ τῆς Ἑλλαντικῆς *Δευκαλιωνίας* μετέβαλε· σιωπῶ δὲ Ἡράκλειτον τὸν Ἐφέσιον, ὃς παρ' Ὀρφείως τὰ πλεῖστα εἴληψε. Παρὰ Πυθαγόρου δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι Πλάτων ἔσπακεν· οἱ δὲ (49), παρ' Αἰγυπτίων. Πολλοὶ τε τῶν ἀπὸ Πλάτωνος συγγραφεὺς πεποιήνται, καθ' ἃς ἀποδεικνύουσι, τοὺς τε Στωϊκοὺς, ὡς ἐν ἀρχῇ εἰρήκαμεν, τὸν τε Ἀριστοτέλη τὰ πλεῖστα καὶ κυριώτατα τῶν δογμάτων παρὰ Πλάτωνος εἴληφέναι. Ἀλλὰ καὶ Ἐπίκουρος παρὰ Δημοκρίτου τὰ προηγούμενα ἐσκευώρηται δόγματα. Ταῦτ' ἐμὲ οὖν ταύτῃ ἐπιλείψει (50) γὰρ με ὁ βίος, εἰ καθ' ἕκαστον ἐπιζένομαι αἰροίμην τὴν Ἑλληνικὴν διελέγχων φίλαυτον κλοπὴν, καὶ ὡς σφραγίζονται τὴν εὐρεσιν τῶν παρ' αὐτοῖς καλλίστων δογμάτων, ἣν παρ' ἡμῶν εἴληψασι.

Ἡδὴ δὲ οὐ μόνον ὑφαιρούμενοι τὰ δόγματα παρὰ τῶν βαρβάρων διελέγχονται, ἀλλὰ καὶ προσέτι ἀκομιμούμενοι τὰ παρ' ἡμῖν, ἀνωθεν ἐκ τῆς θείας δυνάμεως διὰ τῶν ἀγίως βεβιωκότων εἰς τὴν ἡμετέραν ἐπιστροφὴν παραδόξως ἐνεργούμενα, Ἑλληνικὴν μυθολογίαν (51) τερατευόμενοι. Καὶ δὴ (52) πεισόμεθα παρ' αὐτῶν, ἥτοι ἀληθῆ ταῦτα εἶναι ἢ ἱστοροῦσιν, ἢ ψευδῆ. Ἀλλὰ (53) ψευδῆ μὲν οὐκ ἂν φήσαιεν· οὐ γὰρ ἂν καταψηφίσαιεντο ἑαυτῶν, οὐκ οὖν (54) ἐκόντες τὴν μεγίστην εὐθύθειαν τὸ ψευδῆ συγγράφειν· ἀληθῆ δ' εἶναι ἐξ ἀνάγκης ὁμολογήσαιεν. Καὶ πῶς ἐτι ἀπίστα αὐτοῖς καταφαίνεται τὰ διὰ Μωϋσέως καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν τεραστίως ἐπιδεδειγμένα ; πάντων γὰρ ἀνθρώπων ὁ παντοκράτωρ κηδόμενος Θεὸς, τοὺς μὲν ἐντολαῖς, τοὺς δὲ ἀπειλαῖς, ἔστιν δ' οὗς σημεῖοις τεραστίοις, ἐνίοις δὲ ἠπίοις ἐπαγγελίαις ἐπιστρέφει πρὸς σωτηρίαν. Πλὴν ἀλλ' οἱ Ἕλληνας (55), αὐχμοῦ ποτε τὴν Ἑλλάδα πολυχρονίως (56) φθειρόντος, καὶ ἐπεχούσης ἀγωνίας καρπῶν, οἱ καταλειφθέντες, φασὶ, διὰ λιμὸν ἰκέται παραγενόμενοι εἰς Δελφοὺς, ἤκροντο τὴν Πυθίαν, πῶς ἂν ἀπαλλαγείεν τοῦ δεινοῦ. Μίαν δ' αὐτοῖς ἔχρησεν ἀρωγὴν (57) τῆς συμφορᾶς, εἰ χρέσαιεντο

(51) *Ἑλληνικὴν μυθολογίαν.* Euseb. ms. et impress. Ἑλληνικῆ μυθολογία.

(52) *Καὶ δὴ.* Hanc sententiam sic profert Eusebius : Καὶ δὴ, πεισόμεθα γὰρ αὐτῶν, ἥτοι ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν, ἢ ἱστ. Quin etiam πεισόμεθα γὰρ αὐτ. habet ms. Joan.

(53) *Ἀλλὰ.* Hanc particulam omittit Euseb. impress. et ms.

(54) *Οὐκ οὖν.* Hoc etiam omittit Euseb. impress. et ms.

(55) *Οἱ Ἕλληνας.* Historiam hanc de fame Æac. precibus depulsa referunt Apollodorus *Biblioth.* lib. iii, cap. 11 ; Pausanias extremis *Atticis*, et paulo latius in *Corinthiacis* pag. 459, edit. Hanov.

(56) *Πολυχρονίως.* H. mavult πολυχρονίου. SYLBURG. — Ms. Outob. πολυσχρονίου habet.

(57) *Ἀρωγὴν.* Euseb. ms. et impress. ἀπαλλαγὴν.



τῆ Αἰακοῦ εὐχῆ. Πεισθεὶς οὖν ἑαυτοῖς (58) Αἰακὸς, ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ Ἑλληνικὸν ὄρος (59), τὰς καθαρὰς χεῖρας ἐκτείνας εἰς οὐρανὸν, κοινὸν ἀποκαλέσας τὸν Θεὸν (60), ἠϋξάτο οἰκτεῖραι αὐτὸν τετρυμένην (61) τὴν Ἑλλάδα. Ἀμα δὲ εὐχομένου, βροντὴ ἐξαίσιος ἐκτύπει (62), καὶ πᾶς ὁ περίξ ἀήρ ἐνεφούτο. Λάβροι δὲ καὶ συνεχεῖς ὄμβροι καταρραγέστες, ὄλην ἐπλήρωσαν τὴν χώραν. Ἐντεῦθεν ἀφθονος καὶ πλουσία τελεσφορεῖται εὐκαρπία ταῖς Αἰακοῦ γεωργηθεῖσα εὐχαῖς. « Καὶ ἐπεκαλέσατο, φησὶ, Σαμουὴλ τὸν Κύριον· καὶ ἔδωκεν Κύριος φωνὰς καὶ ὑστὸν ἐν ἡμέρᾳ θερισμοῦ (63). » Ὅρας ὅτι « ὁ βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους » διὰ τῶν ὑποτεταμένων (64) δυνάμεων, εἷς ἐστὶ Θεός; Πλήρης δὲ ἡ Γραφή πᾶσα ἡ καθ' ἡμᾶς κατὰ τὰς τῶν δικαίων εὐχὰς, ἐπακούοντός τε καὶ ἐπιτελοῦντος τοῦ Θεοῦ ἕκαστον τῶν αἰτημάτων. Πάλιν ἱστοροῦσιν (65) Ἕλληνας, ἐκλειπόντων ποτῆτῶν Ἐτησίων ἀνέμων, Ἀρισταῖον ἐν Κέῳ θῦσαι Ἰσθμίῳ Διὶ· πολλὴ γὰρ ἦν φθορὰ, φλογμῶ διαπιμπραμένων, καὶ δὴ καὶ τῶν ἀναψύχειν τοὺς καρποὺς εἰωθότων ἀνέμων μὴ πνεόντων, ῥαδίως αὐτοὺς ἀνεκαλέσατο. Δελφοὶ δὲ, Σέρξου ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσαντος, ἀνειπούσης τῆς Πυθίας·

Ἐ Δελφοὶ (66), λίσσεσθ' ἀνέμους, καὶ λώϊον ἔσται·

βωμὸν καὶ θυσίαν ποιήσαντες τοῖς ἀνέμοις, ἀρωγούς αὐτοὺς ἔσχον. Πνεύσαντες (67) γὰρ ἐβρόμῶνως περὶ τὴν Σηπιάδα ἄκραν, συνέτριψαν πᾶσαν τὴν παρασκευὴν τοῦ Περσικοῦ στόλου. Ἐμπεδοκλῆς (68) τε ὁ Ἀκραγαντῖνος « κωλυσανέμας » ἐπεκλήθη. Λέγεται οὖν, ἀπὸ τοῦ Ἀκράγαντος ὄρους πνέοντός ποτε ἀνέμου βαρὺ καὶ νοσῶδες τοῖς ἐγγωρίοις, ἀλλὰ καὶ ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν ἀγονίας αἰτίου γινομένου, παῦσαι τὸν ἀνεμον· διὸ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ἔπεσι γράφει·

✠ P. 754 ED. POTTER, 650-651 ED. PARIS. <sup>a</sup> I Reg. xii, 18. <sup>b</sup> Matth. v, 45.

(58) Ἐαυτοῖς. Scribendum potius αὐτοῖς, cum Euseb. ms. et impress. Alioqui, inquit Sylburg., ἑαυτοῖς more insolito accipiendum foret pro « sibi » et « illis. »

